



# **Refvtatio invectivae Brvni contra Centurias Historiae Ecclesiasticae : in qua simul recitantur amplius 100 Historica, maximiq[ue] momenti Papistarum mendacia**

<https://hdl.handle.net/1874/427734>

3

**REFUTATIO**  
**INVECTIVÆ BRVNI CONTRA CEN-**  
turiæ Historiæ Ecclesiasticæ: in qua simul recitan-  
tur amplius 100 Historica, maximiq; mo-  
menti Papistarum mendacia:  
Authore

MATTHIA FLACIO  
ILLYRICO.

ACCESSERVNT & aliij Libelli diuersorum Scripto-  
rum, tum ad confirmationem illarum narrationum,  
tum alioquin ad præsens institutum cum primis fa-  
cientes: Quorum Catalogum post Præfa-  
tionem reperies,

BASILEAE, PER IOAN-  
nem Oporinum.

# ОБРАТУЧЯ

иже яко и о бохъ иже житівачи  
заслуживши престолъ світській въ землі європейській  
зъ тимъ присвоївши ім'я св. апостола павла

зъ якою землю престолъ європейській

зъ якою землю

## ДІСЛАГ АЛІТТАМ ДІСЛАГДІ

Діслаг альттамъ діслагді  
Діслаг альттамъ діслагді  
Діслаг альттамъ діслагді  
Діслаг альттамъ діслагді

Діслаг альттамъ діслагді  
Діслаг альттамъ діслагді

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI  
AC DOMINO, D. IOANNI ALBERTO, DUCI  
Megapolensi, &c. suo domino clementissimo, optat  
MARTH. Fl. Illyricus ardens perpetuumq;  
ueræ puræq; pietatis studium.



ANC Apologiam nostræ Ecclesia-  
sticæ historiæ, & pontificiorū men-  
daciōrū indicem, tibi, Princeps illu-  
strissime, ideo mitto, quia ea Histo-  
ria uariè iactata, nunc tandem, uelu-  
ti in portum quandam, in tuæ C.re-  
gionem patrociniumq; confugit.

Cogor sanè, quoties de ea cogito, agnoscere & ad-  
mirari stupendā Dei prouidentiā ac bonitatem, quā  
in isto ipso conatu opereq; animaduerto. Excitauit  
ille ad id consilium Opusq; primūm clariss. uirū D.  
D. CASPARVM à Nidpruck, C. M. cōsiliarium: & me  
quoque, indignissimum ministrum suum: qui con-  
suluit passim multos doctos de toto isto Opere: coe-  
pit etiam libros conquirere, ex quibus paucorū bre-  
uisq; usus nobis cōtigit. Contulit & mecum tum co-  
rām, tum per litteras sēpissimè, diligenter: quia ali-  
qua nobis noticia intercedebat, eo quod aliquando  
politica Aristotelis Vuitebergæ à me audierat.

Verūm ille (proh dolor) fato nobis nimium citò  
abreptus est. Ego porrò mihi (uel Deus ipse potius)  
adiunxi alios quosdam, qui rem totā multo diligen-  
tius tum expenderunt, tum & promouerunt: quorū

nomina in Ecclesia Dei nota sunt tum ex hoc Opere,  
tum & ex alijs monumentis doctissimis pariter ac u-  
tilissimis.

Laboratum quidem initio est integro anno, factis  
non paruis sumptibus, frustra: si tamen id frustra di-  
ci potest, q̄ eo ipso conatu animaduersum est, quid  
recte aut non recte fieret, meliorē idea totius operis  
reperta est: sicut Itali commodo proverbio dicere so-  
lent, Guastando sī impara, imperfectē agendo profi-  
citur.

Non desuerunt etiam aduersarij tum Papistę, tum  
eorum collusores: inter quos quidam nimium uerè  
prophetizauerat publico scripto, se istam Historiam  
nunquam esse uisurum. Adiecerunt ijdem etiam fœ-  
dissima & impudentissima mendacia, de ingenti pe-  
cunia sub prætextu eius operis congregata, & interuer-  
sa. Cum contrā constet, s̄pē uel decem synergos ad  
collectiones, descriptiones, distributiones, & elo-  
quutionem tanti operis, ex omnibus authoribus cō-  
portandi & conficiendi, adhibitos fuisse; quos inde  
etiam uictitare necesse fuit. Verissimum quoq; est,  
neminem uel principem uel ciuitatem, præter unam  
Lindauensem, quicquā ad eam (quod quidem ego  
sciam) contulisse. Pauci ex illis quibus factae sunt de-  
dicationes, mediocriter liberales fuerūt; quod ipsum  
cessit in eorum sustentationem, qui præcipuum pon-  
dus & æstum totius diei tulerunt. Priuat ergo tantū  
quidam pauci, aliquid sumptuū suppeditarunt. Ego  
quidem nūquam quicquā inde habui, nisi si quando

Magde-

Magdeburgæ adhuc agens, librorum inquirendorū gratia aliquo profectus sum, itineris sumptus. Adhibiti sunt etiā mox initio v. grauissimi viri, testes omnium acceptorum ac datorum: quiç̄ omnes simul chirographa, cum quid acceptum est, dare sunt soliti. Nec fuit unquam ea pecunia in mea potestate inde ab initio: nec eam à quoquā ad me mitti, ex quo Magdeburga iam fermè decem annis elapsis discessi, paſsus sum.

Sed cum de hac re illi ipsi præfecti, & præterea synergī operis Magdeburgæ, me iam lenæ agente, contra calumniatores Apologiam ediderint, quibus magis fides haberi potest: nihil necesse est me nunc eam rem prolixius tractare.

Redeo ad predicationem mirabilis Dei prouidentię circa hoc Opus: quod cum nullius potentis Mae- cenatis patrocinio defendatur aut sustentetur, souea tur'ue, & tot insuper habeat uirulentissimos hostes ac obtrectatores, nihilominus in tot iactationibus & exilijs diuinitus conseruatur ac promouetur.

Iam igitur eo ingenti Dei beneficio, eò progressa est hæc Historia, ut propemodum altissimum pelagus emensa, tandem si non portum ipsum, at certè metas suas, & ueluti montes continentis conspicere & agnoscere, licet adhuc à longè, uideatur.

Vtinam uero Deus longiorem uitam, firmiorēmque ualeitudinem optimo viro D.M. Matthæo Iudicilargitus fuisset: proculdubio tum hæc ipsa Historia maturius absoluta fuisset, tum etiā multa alia uti-

lissima scripta maximo cum ueritatis commodo in lucem prodijssent. Fuit enim in eo cōstantissimo Christi confessore, uel martyre potius, summum ingenii, eruditio eximia, zelus ueræ pietatis ac domus Domini ardenterissimus, patientia in cruce, parrhesia in dicenda ueritate infracta, & denique constantia singularis. Sed scilicet indignus est ingratissimus iste mundus talibus Dei ministris, fidelissimè ueram uiam ad uitam æternam liquido ac ueluti dígito commonstrantibus. Quare impletur prophetia: Iustus perit, & nō est qui obseruet corde: & uiri pius colliguntur, nec est qui intelligat, quod propter imminentem malitiā m auferatur iustus. Summa est nunc sapientia sapiens & potentum, non ferre fideles custodes depositi Dei, sinceri Euangelius, ardentius zelo oues Christi contra omnes omnium luporum insidias defentes. Omnes uno ore clamant Prophetis & uidentibus. Nolite uidere ac prospicere recta, loquimini nobis blanda, uidete errores: recedite à uia, declinate à semita ista, & facite quiescere à facie nostra sanctum Israelis. Sed omitto nunc hanc querelam: quam, ac similes meas innumeratas monitiones, mihi protestationis loco esse uolo in extremo filij Dei iudicio. Reuertor ad historiam nostram.

Regis igitur profectò alicuius, aut monarchæ amplissimi opus, pro sua ingenti difficultate simul ac utilitate, ista Historia esse poterat, & debebat: non paucorum aliquot Christi pusillorū, exilia & totius murmur furiosa odia persecutionesque ob sinceram ueritatem

P R A E F A T I O :

7

tem sustinentium. Verum recte Paulus scribit, rerum naturam uanitatis subiectam esse: nec quicquam minus agit mundus, quam ut ad gloriam filij Dei, eiusque religionis illustrationem aut promotionem uel leuiter conferat. Quin potius id sedulò omnes augunt, ut hoc ipsum Dei opus, sicut & totam Euangelij preceptionem, inopia, fame, atque adeò perseguitione extrema impedian & euertant: ut hac quoque de causa Christus sit optimo iure damnatis obiecturus, quod eum exulem, egentem, nudumque ac esuriensem neglexerint: sicut contrà uerè pios magistratus, qui seruū nutricij Euangeliū erunt, contraria laude ornabit, premioque afficiet.

Quapropter pri omnes, cum cernant eximiam huius diuini operis utilitatem: dent operam, ut ante omnia precibus, deinde etiam librīs, ac tandem (qui possunt) sumptibus, tantū conatū adiuuent: ut sicut Dei beneficio praeclarè inchoatū, feliciterque progressum est, ita tandem eodem benedicente feliciter finiatur.

Tu quoque Princeps illustrissime, in cuius prouincia nunc id Domini opus perficitur, qui que certissimus testis esse potes sincerè istā rem tractari, summo studio idem tuetor ac promoue, recepturus & hic & in altera uita amplissima premia à Christo seruatore,

Dominus IE S V S tuā illust. Cels. ad publicū bonū, preclaraque opera promouēdæ uerę pietatis, disciplining, literarū, cōmunis pacis iusticiæque, regat ac cōseruet, Amē. Ratisbonę, in die Matthiæ apostoli, in formam Iude proditionis ad propagationem ueritatis diuinitus allecti.

CATALOGVS EORVM QVAB  
hoc libro continentur:

1. Refutatio Inuenitiae Bruni contra Centurias Ecclesiasticæ Historiæ.
2. Vlrichi Velani Demonstrationes, quibus & Romani pape primatus figmen-  
tum, & Petrum neq; uenisse Romanum, neq; ibi passum esse, conuincitur.
3. Canones ( ut uocant ) diuersarum Missarum aut liturgiarum: quibus ostendit-  
ur, Canonem, Missam, & plane totum istud sacrificium propitiato-  
rium, humanum, non diuinum inuentum esse.
4. Beati Rhenani Epistola de Missarum uarietate. Item, Fragmentum ex Io-  
annis ix Papæ lib. de uita Gregorij Magni. Item, Matth. Flacij Episto-  
la de correctione Canonis Misæ.
5. Oratio Caroli Molinæ, de horrenda Ecclesiæ & Politie metamorphosi,  
qua se Papa cum suis Decretalibus in altum extulit, ut Cæsares, Reges,  
ipsumq; adeò Christum & Verbum eius pedibus conculcare, adq; pedum  
fuerum oscula summos etiam Monarchs adigere sit ausus.
6. Historia Sextæ Carthaginensis Synodi, de primatu seu potestate Papæ. Item  
eiusdem argumeti libellus Nili archiepiscopi Thessalonicensis, in qui-  
bus libellis omnibus non pauca Paparum men-  
decia recensentur.

REFV.

9

REFUTATIO INVECTIVAE  
BRVNI CONTRA CENTVRIAS ECCLE-  
SIASTICÆ Historiæ, autore MATTHIA  
FLACIO Illyrico.



ERE, comprobante ipso quoq; euētu, prædixit Spiritus sanctus, per selectum Christi organum Paulum, Antichristum inclinante Romano imperio uenturum, cum efficacibus signis, & prodigijs mendacibus, omnīc; fraude iniusticiæ, ut per omnis generis mendacia regnet super eos qui non habēt studium ueritatis: quo sic tandem sua culpa, optimoq; iure in æternum condemnentur.

Infinitas fanè Antichristi mendaciorum formas, aut species, nemo possit recensere, uel si linguis centum, oraç; centum possideat, ac insuper ferream uocem. Sudarunt profectò strenue hisce iam 50 fermè annis, multa præclariss. ingenia, in patefaciendis eius dolis, figmentis ac imposturis: nec tamen totum illum labyrinthum fraudum penitus peruestigare, & in lucem producere, satis quiverunt.

Quoniam uero non tantum longiss. uetus tatis obscuritas & obliuio, sed multo etiā magis istius hostis Dei fallissimæ historiæ, ac mendaces persuasions, & uanissimæ opiniones in uulgas sparsæ, suppressionesq; uerarum narrationum plurimum ad stabiliendas eius abominationes, opprimendamque salutiferam ueritatem, & lucem regni C H R I S T I profuerunt, dum pleriq; non tantum indocti, sed etiā medio criter literati putant, perpetuò talem religionis Ecclesiæq; formam fuisse ac uiguisse iam inde à Christi ipsius resurrectione & ascensione: ob hanc (inquit) causam uisum est mihi, alijsc; pluribus fratribus, Spiritu Dei nos in omnem ueritatem ducente, apprimè utile fore, peruestigata summa diligentia omni ueritate; omniumq; qui aliquid prodesse queat scriptis, de-

scribi totam formam Ecclesiæ ac religionis, inde à nativitate Christi usque ad nostratempora: quo perspectatota uetus tatis ratio, sublatis in hac quoque parte tenebris per accensam Historię lucem, cupidū ueritatis lectorem de securis religio- nis inclinationibus, innouationibus, abusibus & corrupte- lis proximarum aliquot ætatum iudicare syncerius doceret.

Hunc historicæ lucis conatum cernētes Papistæ suis Ae- gyptijs tenebris obesse, conduxerunt cæcum ac delirii quen- dam Brunum, qui non propria impellente conscientia, aut ue- ritatis studio: sed tantum (ut Praefatio habet) oratus ab illis, ut ipsorum uotis morem gereret, non certè ut mandato Dei contraria præcipienti obediret, aliquid contrâ blaterauit. Quod tamen ipsum (teste Praefatione) uoluit in tenebris la- titare, nō in vulgo lucemq; publicam prodire: ut qui probè sciret, nulla solidæ ueritatis basi subnixum esse. Ea igitur ex- cutiamus, ac ueluti quandam nebulam spiritu fulgoreq; glo- riæ Domini abigamus, ne luci Historiæ nostræ Ecclesiasti- cæ obesse queat.

Passim tota Praefatio, & ipsum Scriptum audacissime uo- ciferatur, nostram Historiam multa falso narrare, multa per- uertere, addere, imminuere, malitiosè detorquere. Quæ cum sint longè grauiissima criminâ, præsertim in Historia, ubi pos- tissimum sincera narratiōis ueritas requiritur: omnibus mo- dis, istis tam uehementibus accusatoribusclare, iudicatisq; locis, & additis manifestis refutationibus, demōstranda fuissent. Ac sane, si id multis exemplis talium corruptelarum facere noluisserent: saltem aliquot paucis, ut decem aut uigin- ti, illustrium historiarum corruptionibus ostendissent.

At istæ cæcius iudex, nec unum quidem uidere potuit: eo- que etiam non protulit. non enim ei certè prava maledicēdi uoluntas studiumq; defuit. Tantum id aliquoties, loco pro- bationum tam atrocis accusationis ingeminat: studiosum le- storem si diligenter conferat, nostram istam historiam cum ueteribus, facile per se animaduersurum esse nostra mendaciam. Hæ sunt illæ ualidissimæ istius tam atrocis, & plus quam

Quām capitalis accusationis nostrorum criminum demon-  
strationes ac confutationes.

Eandem prorsus calumniandi uiam etiā iste lucifuga pre-  
locutor cælati nominis ingressus est. Nam rei ueritate desti-  
tutus, solum rabioſe uociferatur, idem ingeminans, nos nem-  
pe ueteres historias corrumpere, & scriptores institutaq; ue-  
tera contemnere: quod conuicium, iste bellus homuncio, cre-  
do equidem etiā ostentandæ ſuræ putidæ copiæ cauſa, Quām  
uariare queat rem prodigialiter unā, fermè ſexcenties in ſuo  
Prologo repetit.

En habes candide Lector, totam ſummam, iſpissimām-  
que ideam, totius huius atrocis & planè rabiosæ inuectiuæ,  
quæ infinita impurissimorum conuiciorum plauftra conti-  
net. Si ergo uis permoueri ſolis maledici oris impurissimis  
ſputis, uenenatisq; uomitiibus, ut noſtræ Historiæ infenſus  
infestus q; ſis: ſanè talium deliciarum habes hic ingentem co-  
piam paratiſſimam. Si firmas rationes ac euīdētes demon-  
strationes requiriſ, quib; liquido aduersarij probet noſtrā  
Historiam iure accusari & condemnari, & præſertim falsita-  
tis redargui: nullas ſanè hīc, ne minimaſ quidem, reperies.

Bene igitur habet, quod iſtam Historiam non ſolum non  
poſſunt falsitatis redarguere: ſed etiam eo ipſo ampliſſimum  
eiueritatis, omniſq; laudis testimonium præbent, quod cum  
conentur eam damnare, nec tam ullum euīdens documentū  
falsitatis proferant, liquido uel iñuiti gementesq; conſitean-  
tur, eam nec poſſe quidem ullius mendacijs coargui. Non  
enim uel uoluntas, uel industria iſtis hominib; deest, publi-  
cē proferendi & arguendi, quod uel ueriſimiliter accusari &  
exagitari poſſit, ſi quid omnino in ea falsi eſſet.

Alteram quoque eximiā laudem noſtro huic Operi uel  
iñuiti tribuunt, dum queruntur ac uociferantur, eſſe opus ſue  
synagogæ ac ſuperſtitioni extremè noxiū, ut uix ullum a-  
iudicium longiſſimo tempore euulgatū. Quod enim turma  
& abominationibus Antichrīſti noxiū eſt, id profectō pro-  
būm ſanumq; pium ac Deo gratiū eſſe, prorsus neceſſe eſt.

Postquam autem de ueritate narrationis istius constat (quaes semper uel p̄cipua, ac penè unica Historiæ uirtus esse solet) non moramur reliquas uel istius cæci blateronis, eius ue nobis etiam agentis prologi, uel aliorum sycophantarum calumnias aut sugillationes.

Porro, præter hanc ueritatis huius Historiæ confessionem, quam ipse met hostis uolens nolensq; profitetur, dum accusandi cupidissimus nihil falsi publice proferre potest, ipsum quoque opus per se abunde, se etiam citra dñmnam nouam Apologiam tuetur, proprioq; scuto tegit, munitq;. Nihil enim prius asserit, quod non protinus autoris sui testimonio, unde id desumptum sit, confirmet. Quo liquidissime cernitur, nihil planè noui figmenti autorum arbitrio fraudeque cōfictum esse, aut nos fingere cupiuisse. Quia eximia laude aut uirtute hæc Historia alias omnes superat, que non ita diligenter ubique adhibitis testibus sua dicta confirmant.

Satis igitur uel hoc unum fuisset ad solidissimam Apologiam, nempe aduersariū nihil plane fallī in istis tot Centurijs proferre potuisse. Nunc & de alijs quibusdam cauillationibus, aut potius sycophantijs istius conducticij rabulae Antichristi, dicamus.

¶ Contendit iste cæcus dux, non adesse methodum in isto opere. Atqui contrarium est manifestissimum. Sequitur enim in toto corpore temporum seriem, & quidem per methodum Syntheseos, aut cōpositionis, ut res ipsæ gestæ sunt: sicut solent omnes Historiæ. Quia uero etiā uaria res in Ecclesiæ historia exponendæ sunt, seorsim quæq; suo loco tractantur, & quidem pro earum conditiōne naturaque distribuuntur, ita ut externa internis, tanquam primò occurrentia, generaliaq; specialibus præponantur: quod genus Methodi Aristoteles in libris de Animalibus multum commendat.

Verum negat aduersarius, doctrinam aut cæremonias ecclesiæ, quales quoq; tempore in usu fuerint, exponendas esse: sed sola facta quæ acciderunt, & ad politiam, aut ad Ecclesiæ doctrinamq;

doctrinamq; pertinent. Cōtrā uero uidemus, Euangelistas describētes historiam Christi & Apostolorum, uel maximē eorum doctrinam recensere. Idem & Moyses facit.

Enim uero quid tandem magis conuenit, quam ut qui historiā alicuius doctoris scribit, diligentissimē exponat, quid ille uel senserit, uel docuerit, uel reprehenderit, aut non senserit? Quid enim demum magis exīmū est in doctorē, quam eius doctrina? Cum igitur in Prima Centuria fuit exponenda historia Christi & Apostolorum, & postea aliorum patrū: id profecto uel maxime necesse fuit fieri, ut quid illi senserint, docuerint, aut damnarint, omnibus lectoribus liquidō constaret.

Ac, si omnino iste cæcus dux cæcorū papistarum audieñdus est, recte dici posset eius regulam seruatā esse: quod nempe tantum facta, quæ acciderunt singulis temporibus, narrata sint. Quæ enim tandem magis notabilia, scituq; digna facta doctorum sunt, quam docere uerum, & redarguere falsum? Ea igitur ipsa illorum facta sunt narrata, qualem nempe doctrinam quoq; tempore aut singuli patres, aut tota Ecclesia, aut seductores docuerint, cum quibus disputauerint, aut contra quos scripserint.

Quid autem magis cupiat omnis uerè Christianus, ac de fidei puritate sollicitus, cognoscere de Ecclesia, Apostolis, Christo, & prophetis, alijs ue patribus: aut quid demum ei magis necessarium, utileue est, quam scire, quod nam genus doctrinæ illi profesi sint, quosue errores damnauerint, seu quam tandem illi uiamaeundæ uitæ & euitandi æterni existū humano generi præmonstrauerint?

Quod porro in ista historia accuratius de doctrina disputatione, sententiæ obscuriores & grauiores prolixissimē expōnantur, multis argumentis cōfirmantur, aut contrā false conseruentur: id uero nequaquam uerè dici potest, recipia aut libris historiæ id propalam refutantibus.

Negant historicum debere interponere suum iudicium. Quasi uero non etiam Lilius, Salustius, Thucydides, Xeno

phon, & alijs subinde indicent, quid recte aut praeue, utsliter aut inutiliter, stulte aut sapienter, in ihs quæ narrantibus à du cibus aut gubernatoribus in rebus domesticis aut militarib. actum dictumue sit. Multo uero magis historici Ecclesiæ, distinguunt inter doctrinam Dei ac Ecclesiæ, & seductorum ac hæreticorum. omnium uero maxime id ipsamet sacra historia agit, ut ueram Dei doctrinam religionemq; à diaboli mendacijs & idololatrijs longissimè seiungat: illamq; ut salutarem laudet, hanc autem contrà ut perniciosam damnet & rehiciat.

Quid uero ipsorum symmysta Cochlaeus, in descriptione historiæ Hussij & Lutheri, nusquam ne interponit suum iudicium: Imò sanè ille potius uirulentam simul & blasphemā inuectivam, quam historiam scripsit.

Caterū quale id tandem fuisset, recitare promiscue dicta ac dogmata, tum uera tum falsa, citra ullum discrīmen, ullamque præmonitionem aut antidotum: Hocherclè idem esset, ac promiscue proponere uenena & salubres cibos, pusillijsq; Christi exitij occasionem praebere.

Nec tamen interea scriptores istius Historiæ, uel temere, aut pro suo arbitrio, de rebus iudicant & pronunciant, uel etiam extra suum opus conatumq; aliunde normam iudicij mutuantur. Sed primùm quidem necessariò oportuit in Prima Centuria narrari, qualem doctrinam de singulis articulis aut necessarijs rebus, Christus & Apostoli docuerunt. Deinde, hanc eorum doctrinam sicut initio recensere eos necesse fuit, ita etiam pro uera unicaq; omnium doctrinarum & dogmatum, doctorumq; norma agnoscere: nisi non tam Christianum, quam Epicureum historicum agere uoluissent, qui ostenderet se ipsum dubitare de illis omnibus, quæ narraret, testareturq;.

Postremò, ubi ea Veritatis regula ac ueluti leges politiæ que huius reip. semel ut in Ecclesia, ita etiam in hac Historia, constituta fuit: oportuit porro quoque in sequentibus Centurijs iudicare, quid & qua ratione postea subinde ab ea uel decli-

declinauerit, uel ad eam propius longius ue accesserit. Necesse profectò est, historicum incrementa & decrementa, aliasq; rerum statusq; variationes eius regni, populi, aut ciuitatis uel viri describere, cuius historiam scribendam suscepit. At negari non potest, uel præcipuum florem, incolumentq; aut etiam contrà languorem interitumq; Ecclesiæ, in doctrinæ religionisq; aut fidei ipsius puritate, uel etiam in impuritate consistere.

Hinc ergo apparet, nihil prorsus nec in hac quidem parte à nobis fieri, quod præter æquum rectumq;, contraq; leges talis Historiæ, & ædificationis Ecclesiæ Dei esset.

Illud etiam prorsus impudentissimū cōmentū est, q; dicit, in nostra præfatione Primæ Centuriæ mādarī Ecclesiasticæ historiæ scriptori, ut uniuersam doctrinam de cæremonijs complectatur, exponatq; quis earum usus, quæ significatiōnes, quæ bona, quæ malæ sint, & quatenus facienda, admittenda aut ferenda, & quæ omnino de cæremonijs dici queunt: item, ut de genere politiæ Ecclesiasticæ, qualis nam ea quoq; loco ac tempore esse debeat, differat. Quorū nihil uel unico uerbo in ea scriptione à nobis prescribit, mādatūrue.

Verūm non libet prolīxius immorari refutacioni huius virulentissimæ Invectiuae: cùm quia nullis prorsus est rationibus confirmata, tum quia spero meum charissimum in Domino fratrem IOHANNEM VIGANDVM multo neroſius idem facturum.

Quare omissis scurrilibus istiis maledictis, solummodo adscribam Ludouici Viuis, grauissimi viri, & unius de aduersariorum cohortescriptoris, sententiam, de ipsorum Ecclesiasticis historijs: quandoquidem nos ita tragicè insectatur, quod modestè indicauerimus quædam in alijs historijs Ecclesiasticis meritò desiderari. Verba eius hæc sunt:

Sed mentio hæc rerum à magnis viris actarum, in memorem reuocat mihi eum dolorem, quem sæpen numero cæpiam maximum, dum ipse mecum reputo, quam diligenter, quanta cura, Alexandri, Annibalis, Scipionis, Pompeij, Cæsaris,

saris, & aliorum ducum, Socratis, Platonis, Aristotelis, & aliorum philosophorum acta, perscripta sunt, & sempiternæ memoriae infixa, ut periculum non sit ne unquam excidant. Aeterno Apostolorum, martyrum, denique diuorum nostræ religionis, & ipsius siue crescetis Ecclesiæ, siue iam adulata, operta maximis tenebris ferè ignorari, tanto siue ad cognoscendum, siue ad imitandum, quam ducū & philosophorum, fructuosa. Nam quæ de ijs sunt scripta, præter pauca quædam, multis sunt commentis foedata, dum qui scribit, affectui suo indulget: & non quæ egit diuus, sed quæ ille egisse eum uellet, exponit: ut uitam dicit et animus scribentis, non ueritas. Fuere qui magnæ pietatis loco ducerent, mendacia pro religione confingere; quod & periculose est, ne ueris adimatur fides propter falsa: & minimè necessarium, quoniam pro pietate nostra tam multa sunt uera, ut falsa, tāquam ignauī milites atq; inutiles, oneri sint magis, quam auxilio. Idem alibi inquit:

Sed fortassis hæc, quamvis grauia, at tolerabilia fuerint. Quale est, in res sacras hanc quoque licentiam mentiendi irreplisse, seu potius aperte esse inuestigatum: ut quæ traduntur de lepra Constantini, & balneo sanguinis puerilis, de lepra Vespasiani, de Gamalièle, de Beronice, de actis Christi & diuina Virginis? Clamamus & latramus ad minora, cōniuemus ad hæc: que si in manus impiorum hominum ueniant, sanctissimam & grauissimam nostram pietatem, ridiculam illis & exhibilandam reddiderint. Nec in rebus propinquioris memoriae tradendis sumus religiosiores. Scribunt Galli Gallica, Itali Italica, Hispani Hispanica, Germani Germanica, Britanni Britannica, aut alij in gratiam gentis cuiuspiam: putat rerū autor, id se tantum minus suscepisse, ut quantum possit, genrem illam euēhat: non oculum ad ueritatem adiūcit, sed ad decus illius nationis: hoc ratus esse historiam scribere, si quid gens illa præclarum egerit, prodere, dilatare, exornare, extollere: si quid turpiter aut ignominiose, tegere, eleuare, extenuare, defendere, excusare, stulti non intelligunt, hoc non es se histo-

se historiam scribere, sed causam illius gentis agere: quod patroni est, non historici. Nec in actis sanctorum scribendi maior est ueritatis custodia, in quibus omnia oportebat esse exacta & absoluta. Vnusquisque eorum acta scribebat, ut in quenque erat affectus: ita ut animus historiam dictaret, non ueritas. Quād indigna est diuis, & hominibus Christianis, illa sanctorum historia, quæ Legenda Aurea nominatur: quam nescio cur Auream appellant, cum scripta sit ab homine ferrei oris, plumbi cordis. Quid fœdius dici potest illo libro? O' quād pudendum est nobis Christianis, non esse præstantissimos nostrorum diuorum actus, uerius & accuratius memoriae mandatos.

En audis, quanto hic grauissimus autor animosius Papisticarum historiarum uanitatem redarguat, quād nostra historia: cum quidem de ipsorum grege, & quidem Hispanus, fuerit.

Porrò autem, quoniam nobis res est non cum uno isto cœdo deliroq; Balaamo, qui à Papistis ( teste præfatione ) R.O.GATVS, ista conuicia in nos, nostramq; historiam euomuit, ut modò uotis illorum, à quibus mercedem Iudæ accepiebat, neglecto Deo ex conscientia, gratificaretur: sed cum ipso Antichristo, eiusq; regno & abominationibus: ideo hac occasione, studioq; illustrandi ueritatem, & redarguendi ipsorum tenebrarum regnum, ac ne frustra nos suis inuestigiis lacestiuerint: recensebo iam unam Centuriam manifestorum mendaciorū, super quæ illi potissimum istud suum abominandum Babylonis regnum extrixerunt. Hinc enim quisque animaduertet, nihil magis operandum esse, quād publicis certaminibus ac disceptationibus ostendi, utra tandem pars meliori side historias Ecclesiæ scripserit.

Etsi uero unicam tantum Centuriam Papisticorum rebus maximis mendaciorum me iam patefacturum pollicar: tamen in hoc numero multa erunt, quæ singula ita instar Troiani equi foeta grauidaq; sint, ut integras uel decurias

18 MENDACIORVM PAPISTICORVM  
uel centurias, aut etiam myriadas figmentorum Babylonio-  
rum complectantur.

Hicce addere possis proximum librū Contradictionum  
& Antilogiarum, dissidiorumq; Papisticorum: ubi itidem  
non una, sed plurimæ centuriae mendaciorum, errorum &  
furorum istius abominandi regni continentur.

Forte suo tempore nactus plus ocij, dataq; mihi ab istis  
occasione, ampliori uolumine, accuratoriq; diligentia eo-  
rum adyta ac mysteria figmē torum orbī terrarum detegam.  
Nunc tantum festinanter, & quasi cursoriè, quædam breuiſ-  
simè recensebo.

PRIMA CENTVRIA MENDACIORVM  
*Papisticorum, in rebus negotijsq; maximi  
momenti.*

**P**etro datum esse primatum inter Apostolos, & super to-  
tam Ecclesiam, uehementer contendunt. Quod falsissi-  
mum esse, inde apparet: quia Christus sēpe contrarium do-  
cet ac decernit, dicens: Gentium reges dominantur, uos au-  
tem non sic. & : Qui uult esse maximus, sit omnium seruus  
& minimus. Sæpius illa quæftio est ab Apostolis mota  
& agitata, ueluti in omen futuræ cleri ambitionis, affectatio-  
nisq; regni in Ecclesia: sed Christus eam semper austere dam-  
nauit, omnemq; primatum hominum in sua Ecclesia detesta-  
tus est, idq; etiam post ultimam coenam, Lucæ 22. Quare  
Paulus quoque in Galatis adeò negat se agnoscere ullum pri-  
matum Petri supra se aut Ecclesiam, eum uero solum esse fon-  
tem aut normam ueritatis, ut cōtrà afferat, se eum asperè ob-  
iurgasse coram tota Ecclesia, ut foedè ac perniciose contra ue-  
ritatem Euangeliū claudicantem. Verba Pauli sunt hæc:  
Cum autem uenisset Petrus Antiochiam, palam isti restiti,  
eo quod reprehensus esset. Nam antequam uenissent qui-  
dam à Iacobo, unā cum gentibus sumebat cibum: cum au-  
tem uenissent, subduxit ac separauit se ab illis, metuens eos  
qui erant ex circumcisione, ac simulabant unā cum illo cæ-  
teri quoque Iudei, adeò ut Barnabas simul abduceretur in  
illorum

illorum simulationem. Verum ubi uidissem quod non recto pede incederent ad ueritatem Euangeli, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum sis Iudeus, gentiliter uiuis, ac non Iudei ceteri, cur gentes cogis Iudaizare? Sic & ipse Petrus ait: Non dominantes in clero, sed forma facti gregis. & iubet omnes ministros Ecclesiæ, subiectos esse magistratibus politicis. Quod & Paulus mandat, docetq; Romanos 13.

2 Petrum fuisse Romanum episcopum, acerrime contendunt. Hoc enim collificant quasi fundamentum stirpe Babylonicae monarchiae. Contrà Paulus asserit Gal. 2. eum tum ante illud tempus (quod accidit circiter anno Domini 52.) fuisse Episcopum aut doctorem Iudeorum, tum etiam postea se in eadem functione permansurum, sibi sacro sancta dextrarum pactione Hierosolymæ coram alijs quoq; Apostolis & tota Ecclesia promisisse. Verba Pauli sunt haec, Ab ijs autem (loquitur de Petro) qui uidebantur aliquid esse: quales aliquando fuerint, nihil mea refert. Personam hominis Deus non accipit. Mihi enim qui uidebantur esse inrecio, nihil contulerunt: immo contrà uidentes mihi concretum fuisse Euangelium præputij, quemadmodum Petro circa circumcisionis. Nam qui efficax fuit in Petro ad Apostolatum circumcisionis, efficax fuit & in me inter gentes. Quumq; cognouissent gratiam mihi datam Iacobus & Cephas & Ioannes, qui uidebantur esse columnæ, dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis, ut nos in gentes, ipsi uero in circumcisionem apostolatu fungeremur: tantum ut pauperum memor res essemus, in quo diligens fui, ut hoc ipsum facerem. Ex hisce uerbis sacri textus plenam ac irrefutabilem legendam Episcopatus aut Papatus Petri habere potes, quam hic breuiter delineabimus.

Prima pars historiæ Petri: Quod Deus S. Petrum apostolum, episcopum uel papam Iudeorum, & Paulum gentium constituerit. Gal. 2. Ab ijs autem qui aliquid uidebantur esse, quales aliquando fuerint, nihil mea refert. personam hominis Deus non accipit. Nam mihi qui uidebantur esse

in precio, nihil contulerunt. Imò contrà, cum uidissent mihi concreditū fuisse Euangeliū præputij, quemadmodum Pe-  
tro circumcisionis: cumq; uidissent gratiam mihi datam, &c.  
Secunda pars: Quòd Petrus totis 18. annis à Christi in cœ-  
lum ascensione, usq; ad Synodum Apostolorum præcipue  
Iudæis, & Paulus gentibus prædicauerit. Nam qui efficax  
fuit in Petro ad Apostolatum circumcisionis, efficax fuit &  
in me erga gentes, &c.

Tertia pars: Quòd Petrus ac Paulus de consensu reliquo  
rum Apostolorum constituerint ac concluserint, ut hic qui-  
dem gentilium, ille uero Iudæorum doctor apostolus aut e-  
piscopus in posterū quoq; sicut antea, permaneret. Iacobus  
& Cephas, & Ioannes, qui uidebantur esse colunæ, dextras  
dederunt mihi ac Barnabæ societatis, ut nos quidem in gen-  
tes, ipsi uero in circumcisionem apostolatu fungeremur, tan-  
tum ut pauperum memores essemus: in quo & diligens fui,  
ut hoc ipsum facerem. Hic apparet, Petrum tum de facto,  
tum de iure diuino ac humano. Iudæorum, non gentilium  
Apostolum per totam uitam fuisse. Quid ergo ad nos eius  
Apostolatus, qui ex gentibus sumus conuersti? Cum hoc  
quoq; conuenit numeratio temporis Actorum apostolico-  
rum, & epistolæ Pauli: quæ dilucide & aperte ostendunt, Pe-  
trum nequaquam Romæ 25 annos episcopatu uel papatu per-  
functum esse, ut Papistæ fingunt.

Quarta & ultima pars Legendæ Petri, in qua ostenditur,  
Petrum aliquatenus, & successores eius (quicunq; uel quo-  
cunq; in loco demū sint, si qui sunt) penitus potuisse & pos-  
se errare: ideoq; merito ab alijs taxandos ac reprehendendos  
esse. ibidem Gal. 2. Cum autem uenisset Petrus Antiochiam,  
palam illi restiti, eo quòd reprehensibilis esset. Nam ante-  
quam uenissent quidam à Iacobo, una cum gentibus sume-  
bat cibum. Cum autem uenissent, subduxit ac separauit se  
ab illis, metuens eos qui erant ex circumcisione, ac simula-  
bant una cum illo ceteri quoq; Iudæi, adeò ut Barnabas si-  
mul abduceretur in illorum simulationē. Verum ubi uidis-  
sem,

sem, quod non recto pede incederent ad ueritatem Euangelij, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter uiuis, ac non Iudaice, cur gentes cogis Iudaizare?

Quæstio uel certamē de Primatu, quis Apostolorū supremus esse debeat, quater, & demū etiam in ultima cœna, Luc. 22. ab Apostolis Christo proposita est. Verū ille eam semper, ac penitus damnauit: nec uel Petru, uel Paulu supremū aut primariū elegit: imò potius eos infimos & ministros omnium esse uoluit ac iussit. Idem Paulus in suis Epistolis acer- rimē impugnat: & contendit, se nec in se, nec in cæteros Apostolos ullam potestatem Petri supremam agnoscere, aut probare.

Hactenus de Legēda Petri dictum est, quam S. Paulus ipse conscripsit. Si quis autem de toto hoc negocio etiam hominum testimonia audire cupit, Irenaeus, Nicephorus & Vrspergēlis testantur, Petrum inīcio Romam expugnandi Simonis Magi, non collocādi ibi sui solij causa uenisse, ibiç breui tempore docuisse: ac mox regente eam Ecclesiam Lino aut Cleto, ab ijs in Aegyptū, inde in Asiam, multas Ecclesiās fundasse aut confirmasse: & tandem ultimo Neronis anno rediisse, ab eoç occisum esse. Ut Petrus nō magis Romanus uel doctor, uel episcopus esse queat, quām Antiochenus: ubi, ut omnes testantur, integro septennio docuit: aut Ponti, ubi quinquennio: aut aliarum Ecclesiarum, quas innumerās, præsertim in ijs locis ubi Magi fuerūt, docuit, fundauit aut confirmauit. Historici Papistarum satis ostendunt se incerta narrare, nam alijs scribunt, secundo Claudij, alijs. 4. Petrum Romam uenisse. Damasus papa disertē asserit, eum sub Nerone demum uenisse: quod & Nicephorus sentire uidetur. Vrspergensis (ut modo audiūimus) multas contradic̄tiones in receptis historijs Petri, Lini, Cleti & Clementis euidenter demonstrat: ut manifeste appareat, omnia mendacijs confusa, cōmixta, & corrupta esse. At nos malumus Legendam ab ipso Spiritu sancto per electum Dei organum Diuum Paulum conscriptam audire & amplecti, eiç

## 22 MENDACIORVM PAPISTICORVM

præcipuam habere fidem, quām eiusmodi incertissimis hō-  
minium somnijs.

3 Petrum egisse Romæ 25 annis. Contra, primū ex sup-  
putatione temporum: secundò ex tot epistolis Pauli ditter-  
sis temporibus scriptis ( quibus uel Romanos, uel alios eo-  
rum nomine salutat: uel quid sibi illic & alijs pijs, quos singil-  
latim nō nominat, acciderit, narrat, nec unquam uel syllaba Pe-  
tri mentionem facit ) liquidò patet, eum illic non uixisse.  
Quomodo enim eum reticeret, qui etiam insimile sortis sta-  
tus que Christianos, atque adeò mulierculas nominat, prae-  
sertim si fuisset eius collega in Papatu, sicut Papistæ histori-  
ci mentiuntur?

Consonat cum hoc ueritatis indicio, quod siram Episto-  
lam priorem Babylone scripsit. Nam non fuit tunc adhuc  
moris Romam uocare Babylonem: sed suo proprio nomi-  
ne, ut apud Paulum passim. Verisimile igitur est, eum in  
Aegypto, Asia & Babylone Iudæos potissimum docuisse,  
secundum prius indicatam sacrosanctam pactionem. Fuit  
uerò in illis locis maxima Iudæorum copia: contrà, Ro-  
ma pulsi erant. Confirmat eundem eius Apostolatum,  
initium prioris Epistolæ, quæ scripta est Iudæis passim per  
Asiam sparsis. indicat enim, quorum hominum pastor fue-  
rit. Verum quod Petrus Romæ non fuerit, iam olim ali-  
qui ( inter quos Marsilius Patauinus ) differuerunt. Extat  
quoque libellus Vlrici Veleni de eadem re scriptus, quem  
in fine adjiciemus.

4 Sunt complures primorum Paparum, ut Clementis, Li-  
ni, Cleti, Anacleti, Euaristi, & aliorum decretales epistolæ  
Tomis conciliarum insertæ, super quas etiam totum fermè  
impurum ius simul ac regnum Pontificium fundatum est.  
Quarum manifesta ac palpabilis uanitas refutatur satis dili-  
genter à cardinale Cufano, & porrò plenius hisce euidentissi-  
mis rationibus liquidò redargui potest.

In tomis Conciliarum, singulis Romanis episcopis qui  
in hanc Centuriā cadunt, ut sunt Clemens, Anacletus,  
Euaristus,

Euaristus, Alexander, Sixtus, Telesphorus, Higinus, Pius,  
Anicetus, Soter, Eleutherius, Victor, suę attribuntur episto-  
læ. Quia uero de multis magnis rebus ex ijs testimonia pro-  
feruntur, non impudenter faciunt ij qui non prius fidem te-  
stibus adhibent, quām ad normam ueritatis & fidei singu-  
la examinarint. Id autem si quis fecerit, euidentissima argu-  
menta, eaçq; quamplurima inueniet, quæ eum manifeste do-  
cebunt, haice epistolas, ut uulgò habētur, nullo modo ab ijs  
hoc seculo scribi potuisse: sed ab uno eodemq; indocto &  
insulso quodam fabricatore, qui longè inferiori uixit seculo,  
aut de integro confictas, aut foeditissimè corruptas esse. Nam  
habitus orationis, & totus contextus palam prodit, unum  
& eundem autorem omnium epistolarum esse. Impossibile  
enim est, tot episcopis, de industria etiam ad styli similitudi-  
nem assuefactis, unam suisselocationem. Probant id non so-  
lum tota orationis facies & compositio, uerū etiam phra-  
ses eiusmodi in multis epistolis s̄a numero recurrentes.  
Præterea initia & occasiones epistolarum, magnam inter se  
habent similitudinem. Et quid argumenti aliud pleracq; ha-  
bent, quām de primatu ac regno ecclesiæ Romanae, de ordi-  
natione episcoporum, de non laedendis, accusandis & depo-  
nendis sacerdotib;. de appellatione ad sedem Apostolicam:  
Hæ materiae ijsdem rationibus subinde repetuntur & incul-  
cantur. Deinde, si genus Latini et Græci sermonis, quo Ec-  
clesiastici et alij profani scriptores usi sunt hoc seculo, con-  
feratur cum eo quod est in his epistolis: manifeste apparebit,  
*etis d'ig warōw̄y*, quod dicitur, inter se distare. Etsi enim eo tem-  
pore Latina lingua non adeò omni suo cultu & mundicie  
perfecta erat, atq; Iulij Cæfaris & Augusti tempore: tamen  
nondum tam insulse, incepit & barbare quenquam locutum  
esse, testes sunt multi eius seculi doctissimi viri, qui puri ffi-  
me & elegantissime loquuti sunt: ut Plinius, Suetonius, So-  
linus, Tacitus, Instinus, & alij quamplurimi. Nam multa  
in his epistolis parum latine dicuntur: ut, Episcopis sunt obe-  
diendi, diligendi, & summoperē generandi, & non detra-  
hendi

## 24 MENDACIORVM PAPISTICORVM

hendi vel lacerandi: ut in Euaristi Epistola 2 uidere est. Idem flores & singulares elegantiae in Telephori epistola extant, ubi porro & haec scribuntur: Patres omnes sanctuenerandi, non respuendi aut insidiandi, &c. Item: A' quibus omnes se fideles cauere debent. Nec apud ullum ecclesiæ doctorem & scriptorem, qui hoc seculo uixit, aut etiam aliquot seculis post, huiuscmodi portentosas phrases reperias, quales sunt, Episcopus episcoporum, primates Episcoporum, patriarcha, archiepiscopi, metropolitani: ut habetur in Clementis epistola 1. Item, Coepiscopi principes maiores, minores, pontifex, propheta pro Christo, sacrificare, episcopus regulariter ordinatus: in Clementis epistola 3. Apex sanctæ sedis, in sede Apostolica seruire, sacrificare Domino, pontificatus: in Anacleti epistola. Dilectio uestra, regulares mutationes, epist. Euaristi. Uniuersalis episcopus, Apostolicae sedis pontifex. Vict. i. Corpus Domini ore confidere, missas facere, & similes plusquam sexcentas.

Multa etiam passim in ijs ἀναλογονίαι, & proflus non coherentia consuuntur, ut in Clementis 1: epistola: Hic ergo, hoc est, in hac præsentि uita positos, oportet nos agnoscere uoluntatem Dei, ubi & agendi & sacrificandi locus est. Quoniam in alijs locis sacrificare & missas celebrare non licet, nisi in his in quibus episcopus proprius iusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato, tenente uidelicet ciuitatem, consecratus fuerit, &c. Postea sequitur conclusio: Operum hic locus est, tempus uero meritorum. seculum futurum. Simile exemplū in 4 Clementis sub finem extat: Sed & illa species castitatis obseruanda est, ne passim & solius libidinis causa cum fornicatis coeat quis, sed posteritatis reparandę gratia, &c. ergo omnes peccauerunt, & egent auxilio Dei. In Telephori etiam epistola, ubi dicit angelicum hymnum esse recitandum solenniter in missarū solennijs, infert: Ipsi enim qui proprio ore corpus Domini conficiunt, &c. sunt audiendi, obedienti, &c.

In multis etiam epistolis Scriptura ualde inepte citatur, in plerisque

plerisque uiolenter & histriōnum more torquetur. Anacletus 3 epistola, Cephas indoctissimē & insūltissimē caput & principium interpretatur. In 1 epistola illud, Tu es Petrus & super hanc petram, &c. exponit petram, id est super Romanam ecclesiam, ædificabo ecclesiam. Violētius uero & crassius illud est: Domīnus per Moysen loquit̄, dicens de Loth, Ingressus es quidem ut aduena, nunquid ut iudices? Ergo peregrina submouenda sunt iudicia. Nam illud Genes. 19. Ingressus es, &c. non Domīnus per Moysen loquitur, sed Sodomite, hospites Loth ad stuprum postulantes, obiciunt & reprobrant ei, quod cum sit aduena Sodomæ, nolit tamē cūpitudinibus suis obtemperare.

Nec pauca passim occurruunt in ijs perplexa & contraria. Ut autem unum de multis proferamus, in Eleutherij epistola, cum plurima de primatu Romanæ ecclesiae dixisset, sub finem haec adiicit: Huius rei gratia uniuersalis uobis (Gallis) à Christo Iesu commissa est ecclesia, ut pro omnibus laboreatis, & cunctis opem ferre nō negligatis. Haec posteriora destruunt priora. Nam si Gallis commissa est uniuersalis ecclesia Christi, falsum erit, quod prius Romanæ ecclesiae attribuit primatum.

Formulæ etiam citationum arguunt, alio quām hoc seculio has epistolas esse scriptas. Nam in plerisque epistolæ Clementis & Anacleti citantur, quæ cum sint suspecte & suppositicæ, ut paulo post declarabitur, etiam illis fidem derogat. Anicetus citat literas Clementis, cum quidē teste Iræneo & Eusebio. Anacetus à Petro presbyter seu episcopus sit ordinatus, nec titularis fuerit episcopus. Communis præterea formula est, qua Anacetus, Euaristus, Alexader et aliū utuntur, iuxta sanctorum patrum & canonū instituta, &c. Item, Haec ab antiquis, ab Apostolis, à sanctis patrib. accepimus, sic Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia: Anacel. 2. Sed quos sanctos patres uocet, cum Anacetus sit à Petro secundus, secundum Eusebium et Irenæum & probatores autores, aut tertius secundum recentiores? Idem de

## 26 MENDACIORVM PAPISTICORVM

Euaristo dici potest, qui allegat autoritatē patrum, Aposto-  
lorum, eorumq; successorū: quasī longissimo tempore post  
Apostolos scripserit, cum tamen aliquādiū cum Apostolis  
uixerit, & Ioanne adhuc superstite episcopus factus sit, nem-  
pe sub Domitiano, ut Damasus testatur. Materię quoq; rerū  
quas is temporis status requīrebat, citra controuersiam ar-  
guunt, non esse autores Romanos illos primos episcopos.  
Derebus enim & statu eorum temporum, ne unum quidem  
habēt uerbum. Nihil de persecutionibus, nihil de periculis  
Ecclesiæ, & quaſſationibus, quas tamen frequētes fuſſe cer-  
tō conſtat, meminerunt: nihil item de doctrina, de officio e-  
piscopali & cura gregis dicunt. Quid enim magis eo perse-  
cutionis tempore ſcribere conueniſſet, quam cohortari pios  
ad constantiam in cōfessione, & tolerantiam in cruce, ad ue-  
ram iuocationem pro mitigatione afflictionis? item, cum  
eo ſeculo ab ethniciſ & hæreticiſ uehementer affligerentur  
paſſim Ecclesiæ, quæ fuſſet commodior materia literarum,  
quam refutare hæreticorum dogmata, armare miferas oues  
Christi contra eorum fraudes & idololatria ac rabiem paga-  
norum? In aliorum huius ſeculi autorum ſcriptis heſunt uul-  
gares materiæ, ut aut necessarios fidei articulos illuſtrēt, aut  
hæreticos refutent, aut contra ethnicoſ & philosophos & Iu-  
dæoſ pugnēt, aut apologias pro Christiana religione edāt,  
aut de martyrum constantia & confiſſione narrēt. Verū  
nihil horum in his inest epistolis: aut ſi quid inest, non con-  
gruit cum controuersijs & rebus huius ſeculi. Quæſtio enim  
illa, an filius ſit minor patre, an filius ſolus habeat immortali-  
tatem, Arij tempore agitata eſt, & non hoc ſeculo.

Præterea à ueritate historica alieniſſima in ſingulis Epि-  
ſtolis continentur plurima, quæ apertorum mendaciorum  
accuſant & condeſtant ſuos autores. Nam in Clement. i.  
epiſt. multa de Petro à ueritate aliena dicuntur: quod ſit pri-  
mitiæ elec̄tionis Domini, & priſmus ac potentior Apoſto-  
lus, cui ſoli priſmuſ pater filiuſ reuelariſ, & quem Christuſ  
iuerſerit obſcuriorem Occidētiſ plagam illuminare. Ioannis  
enim

enim primo Andreas prior ad Christum uenit, & postea Petrum adducit, & Marci, nō solus Petrus, sed cum eo Andreas, & paulo post Ioannes & Iacobus uocantur. & Galat. 2, Pe tro concreditum est Euangelium circumcisioñis, &c. Item, quod Petrus fundamentum Ecclesiæ sit definitus, contra illud 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo ponere potest, praeter id quod possum est, quod est I E S V S C H R I S T V S. Et quod Petrus integrè potuerit implere præceptum: cum tamen Petrus illam regulam Christi obseruarit, Si omnia feceritis, dicite, Serui inutiles sumus: & Christus solus dicat, Eg o ueni legem adimplere. Et quod Petrus Clementi manda rit, ut Iacobo de sua morte scribat: cum nō potuerit ignorare, Iacobum septem annos ante se mortuum esse, præsertim cum quotidiana ferè commeatio Christianorum & aliorum hominum ex Roma Hierosolymā esset, & econtrā: nec tam demens fuerit, ut ad mortuum scribere p̄cip̄eret. Nec illud admodum uero simile est, quod Petrus Clemētem paulo ante mortem Romanum ordinari episcopum, nam Paulus in epistola ad Philippenses testatur, Clemētē suum cooperariū fuisse: neceum appellat Pontificem Romanum episcopum uniuersalē, caput ecclesiæ: nec Petrus in 2 epist. quam etiam paulo ante mortem scripsit, mentionem Clemētis facit, nec eius aut alterius primatus: quod sanè debuisset facere, ne Ecclesiæ ignorantem, Petro mortuo Clementem & Romanos & successores caput Ecclesiæ futuros. Anacletus, si uerū est quod in 2. epist. dicit, à Petro presbyter Romanus est ordinatus. Presbyteri autem erant episcopi, ut ex Pauli & Petri epistolis constat. Quod si Anacletus à Petro Romæ ordinatus est episcopus, quomodo Clemens potuit Anacleto ad huc uiuo ordinari, si nefas fuit in eodem loco plures ordinari episcopos? Quæ à Platina & alijs afferuntur ad reconciliāda hæc pugnantia, recentiorum commenta sunt, & ignorantur ab ijs qui in hoc seculo uixerūt, ut est Irenēus & alijs: & qui uicini furerunt, ut Eusebius & alijs. Eiusdē generis & illa sunt, quæ de gradibus episcoporum finguntur, quod Petrus iusse

## 28 MENDACIORVM PAPISTICORVM

rit in gentium urbes, ubi antea archiflamines maiores erant, collocare patriarchas seu primates: ubi uero minores, eò archiepiscopos: in alia uero magna oppida, metropolitanos: in cætera uero, episcopos: saltem illud caueretur, ne in uicos & parua castella episcopi constituerentur, ne nomen eorum uilesceret: & ne in uno oppido duo aut tres essent episcopi, sed in singulis singuli. Clemens in prima. Nam Petrus in suis epistolis, quarum postremā paulo ante mortem scripsit, nullam istorum graduum mentionē facit. & 1. Pet. 5. ministros Ecclesiæ tantum presbyteros, & quidem se compresbyterū uocat: nec usquam episcoporū, Metropolitanorū, Archi-episcoporū, Patriarcharum, Papæ & similiū titulorum meminit.

Iacobum fratrem Domini Clemens 1. epist. uocat episcopum episcoporū, regentem omnes Ecclesiæ, quæ ubique sunt fundatæ: quod à ueritate remotissimum esse, quis non uidet: & quidem in 5. epist. tantum Coepiscopus appellatur ab eodem.

Nec illud uero consonat, quod Clemens 5. epist. ait, se Hierosolymis uidisse, unā cum Iacobo Iusto & alijs, quod discipuli omnīa cōmuniā habuerint. Nam Nicephorus lib. 2. cap. 35 & alijs testantur, Clementem à Petro sub Nerone tandem conuersum esse.

Nec hoc ei seculo congruit, quod infamie nota inobedientes episcopis puniendos statuunt: Clemens epi. 3. Alexand. 1. epist. Telesphorus, Pius etiam curiæ eos tradi præcipit. Nam ea poena legum ciuilium erat, quam non episcopi, sed Imperatores irrogabant: quorum edictis Christiani, maxime uero episcopi, non tantum pro infamibus, sed pro sceleratissimis, tanquam ~~uadexiquata~~, omnes simul habebantur.

Varij describuntur ritus in his epistol. quales sunt, de baptatis oleo per orationem consecratio inungendis, Clem. 3. de quod isdem septiformi spiritus sancti gratia consignandis & confirmandis, ut perfecti fiant Christiani: epist. 4. Clement. De missæ celebratione, ne fiat sine iussu episcopi, nec in alio quam

quam in loco consecrato: ita enim nouū & uetus Testamen-  
tum docere, & Apostolos à Christo accepisse, & alijs porrò  
tradidisse: Clem. 3. Anacl. 1. Porrò adiicitur, septem aut quin-  
que aut tres diaconos & subdiaconos, & reliquos ministros  
sacrī uestibus ictiuitos, à frōte & à tergo, presbyteros uero  
à dextra lēuaçp cōsistere debere, sacrificāte Episcopo. Euar.  
1. eadem repetit.

Sed hos ritus, neçp uetus neçp nouum Testamentum, ne-  
que Christus neçp Apostoli docuerunt: & sic non esse obser-  
uatos Romæ hoc seculo, testari potest ueracissimus testis Iu-  
stinus, qui in 2. Apologia ritum baptismi & cœnæ Domini-  
cæ simplicissime describit: nec olei, nec locorum consecrato-  
rum, nec uestium, nec aliarum rerum meninīt. Quid quod  
Irenæus lib. 1. cap. 18. Valentinianos narrat, alios quidem o-  
leum in aquam, recitatis quibusdam uerbis, infudisse: alios  
uero, baptisatos oprobioso inunxisse: ut magis hæretico-  
rum, quam orthodoxorum mos hic inungendū tempora-  
ris fuisse videatur.

Nec ordinationis ritus, qui Anacleti epist. 2. describitur,  
de imponendis 4 Euangelijs, & oleo chrismatis, hoc seculo  
in usu fuit. Nec temporī & ueritatī congruunt illa decreta de  
appellatione ad Rom. sedem, de comparitione, de Episcopo  
pulso ante iudicium restituendo, de sacrī uafis non tangen-  
dis nisi ab hominibus sacratis, neçp à monachis aut sacrī fœ-  
minis, de aqua & sale benedicenda, & aspergendo populo ut  
sanctificetur, de non seruandis chirographis ui extortis: qua-  
lia passim extant in Anacleti, Alexandri, Higyni, Eleuthé-  
rii literis. Nam ab Apostolis, quibus pleraçp adscribuntur,  
nusquam statuta leguntur, & à doctrina eorum prorsus ab-  
hortent. Nam propter persecutiones perpetuas eius tempo-  
ris, studia, labores docendi, paupertatem, summumq; con-  
temptum, non licuit, nec uacauit eis, lites in curia Rom. co-  
ram Papa mouere & tractare: quod circa 400 Domini annū,  
aut etiam serius, primū factitari cœptum est.

Alia preterea multa & infinita penè in singulis Epistolis,

in ueritatem aperte impingunt. Anacletus 1. 2. 3. generalem politiæ Ecclesiastice formam describit, qualis tunc non fuit, & epist. 3. fabulatur, se tomum de primatu scripsisse, sed eius scripti nusquam fit mentio. Vero etiam absimilimū est, quod Evaristus 2. epist. singit, Aegyptios suos episcopos pepulisse. Nam eo loco res Christianorum tum erant, ut nusquam tutò uersarentur ipsi, ob immanem crudelitatem persequitorum. Simile & illud est, quod uult suas literas per omnes Ecclesias Africanas legi, & dicit ijs præfectorum literas adiunctas esse. quod haud uerum est. nam neque id factum esse probari potest: nec præfectis, qui sub Traiano atrocissime persequebantur ecclesiam, cum episcopis Christianis ulla- tenus cōueniebat. epist. 1. Victor Theophilum Alexandri- num uocat episcopū: cum Cæsareq; & nō Alexandrię fuerit.

Pius & Victor in literis, ubi præcipiūt Pascha eodem modo ubiq; debere obseruari ab omnibus Ecclesijs, addunt rationē: quia nō deceat membra, id est alias ecclesias, à capite, id est Romana sede dissentire. Sed huius rationis neq; Irenæus, neq; Eusebius meminerūt, ubi eā cōtrouersiā describūt: nec Polycarpus, nec Irenæus, nec Polycrates, Iustinus, Cle- mēs & alij Romanū episcopū, p capite Ecclesiæ agnouerūt.

Postremo, nec tempus, quo datae inscribuntur literæ Ale- xandri, Telephori, Higyni, Pij, Aniceti, &c. cum ueritatis norma congruit.

Quoniā uero totum ferme Ius Pontificiū super hisce De- cretalsibus Epistolis extractū est, dum recentiores Papæ eas citant: facile appareat, cōfutata eorū uanitate, subrutoq; hoc ceu fundamēto, totam illam molem turrīs, aut iuris cōfusio- nisq; Babylonicæ ruere & iacere foedissimē. In hoc igitur u- nico Papistarū mendacio ingens chaos diabolicorū menda- ciorū Antichristi contineat. Cusanus inter alia ita de illis Epi- stolis scribit: Sunt, meo iudicio, illa de Constantino apocry- pha, sicut fortassis etiā quædā alia longa & magna scripta san- ctis Clemēti & Anacletō papis attributa: in quibus uolentes Romanā sedem omni laude dignam, plus quam Ecclesiæ san-

ctæ

Et expedit & decet, exaltare, se penitus aut quasi fundant: si quis omnes illas scripturas illis sanctis attributas diligenter perlegeret, & illorum tempora ad illa scripta applicaret, ac deinde in opusculis omnium sanctorum patrum qui usq; ad Augustinum, Hieronymum & Ambrosium fuere, ac etiam de gestis Conciliorum, ubi authentica scripta allegantur, usum & memoriam haberet: hac inueniret uerum, quia nec in illis omnibus scripturis de illis præfatis Epistolis mentio habetur, & etiam ipsæ Epistole applicatæ ad tempus eorum sanctorum, seiphas produnt. Scribitur in Clementis epistolis, quomodo Papa fuit, & Petri successor, & post Petri mortem ad sanctum Iacobum has singit scriptor misisse epistolas, qui fuit frater Domini, & episcopus Hierosolymorū. & est manifestum, Iacobum prius Petro octo annis finisse Martio uitam. Et hæc una de causis, cur inter Canonicas epistolas, ea quæ Iacobi sunt, præcedunt, ut scribit Beda super Canonicis epistolis, in principio. Scribit quoq; ipsum Clementem successoris Petri: & hoc idem in alijs quæ sancto Anacleto ascribunt, legit: quomodo sancti uiri, Augustinus, Hieronymus, Optatus, Mileuitanus & ceteri, qui omnium Romanorum pontificum catalogū posuerūt, hoc ignorassent, qui Clementem nō interserūt, uel saltem nō immediate post Petrum ponūt, si ipsas Epistolas aut tunc uidissent, aut pro authenticis habuissent. Inuenitur insuper & in ipsis Epistolis de episcoporum a sacerdotibus differētia: quæ longo tempore post hoc, ut Hieronymo placet, & Damaso, in Ecclesia exorta est, &c.

Contendunt recentiores Papistæ, Petrum uenisse Romā anno Claudiū secundo. At Damasus papa, cuius uita Paparum sunt libris Conciliorum insertæ, scribit eum sub Neronē demum Romanū uenisse. Idem testatur Nicephorus, nempe amplius 12. annis serius quam papistæ uolunt.

Clemens scribit ad Iacobum fratrem Domini, post Petri mortem se ab eo uiuo successorem in papatu designatū. At alijs pleriq; ei præponunt Linum & Cletum. Quām impudens autem sit hoc mendacium, inde quoq; palpabiliter deprehendit.

prehēditur, quod omnes historici testantur, illum Iacobum amplius quam septem annis ante Petrum esse mortuum. Sed forte illam epistolam ei in purgatorium aut campos Elysios misit.

- 7 Ponatur hoc sane pro unico mendacio, tametsi plurimā contineat, quod Vrspergensis ostendit, totam illam historiā successionis Paparum plenam crassis contradictionibus esse, unā cum multis alijsistorum sacrosanctis narrationibus. Verba eius hæc sunt: De successione uero Pontificū Romanorum, & ordine atq; tempore eorum, iam inde à principio & deinceps in plurimis diuersa sentiuntur à diuersis, quorum opinones h̄ic summatim scribere, idcirco arbitror non esse ab re, ut & segniores & negligentes meisimiles ad ueritatem rei attendendam excitentur, & prudentiores ad hanc subtilius inuestigandam prouocentur. Quidam scribunt, qui bus & Ecclesiastica consentire uidetur historia, Linum post passionem Petri apostoli, Romanæ sedi xxv annis prælidentis, hanc regendam suscepisse: & post duodecim sui regimini annos, secundo Titi anno, pontificatum Anacleto reliquisse, & hunc item post duodecim annos Clementi sedem tradidisse: quod uidetur anno Domitiani xij. contigisse, ipsumq; Clementem post nouem sui pontificatus annos sub Traiano passum: Euaristum quarto eiusdem Traiani anno successisse, huic Alexandru, illi uero Sextum, & sic ceteros. Alij uero scribunt, Linum & Cletum sub Petro fuisse, ipsumque Petrum mox ut Pontificatum accepit, Linum prō se in agēdis Ecclesiasticis, quo ipse liberius prædicationi uacaret, ordinasse; illoq; post annos duodecim decedere, Cletū huic subrogasse. Quo etiam item post annos xij defuncto, eo anno & tempore, quo ipse Petrus passus est, scilicet xiiiij Nero nis anno, Clementi sedem commisisse, & ei suisq; successoribus ligandi soluendiq; potestatem, sicut ipse à Christo suscepit, demum tradidisse: & huic passo sub Domitiano, Anacletum successisse, cui Euaristum, & huic Alexandru, sicq; ceteros. Quæ descriptiones, cum sibi multum dissonæ probentur,

tur, quærendum, cuī magis credi iudicetur. Consideremus ergo earum inæqualitates. Igītū si Linus Anacletum, isq; Clementem successorem reliquissē accipitur, ut prior descrip̄tio testatur, Cletus omnino de Pontificum catalogo excluditur: cuius ueneratio per omnes Ecclesias sic celebris est, ut non solum in Martyrologijs attituletur, uerū etiam in canone missarum, & in supplicationibus letaniarum, publicitus inter Linum & Clementem reticetur. Si uero post Linum Cletus, deinde Clemens, & post hunc Euaristus & Alexander numerentur, locus non habetur ubi Anacletus recipiatur: cum Beda in Martyrologio suo dicat, hunc quartum post Petrum sedisse, & sub Domitiano passum fuisse, ut primus sit Linus, secundus Cletus, tertius Clemens, quartus Anacletus. Sed si post Clementem Anacletus ponatur, & secundum Bedam sub Domitiano passus recipiatur, necessario illud refellitur, quod antecessor eius Clemens sub Traiano passus dicitur, cum euidenter sub Domitiano passus esse probetur, si successor eius Anacletus ab eodem occisus non negetur.

Adhuc autem arguentatur & illud: Quia si Linus & Anacletus iuxta quosdam, siue Linus & Cletus secundum alios, uterq; post passionem Petri, quæ xiiij Neronis anno facta est, per annos xij tenebat pontificatus, quod spaciū per xxiiij annos in Domitianū duodecimū protendit annū: Clemens ab apostolo Petro sedem & ligandi soluendiq; licentiam nullatenus accepisse probatur, quod à nonnullis firmitur. Additur & hoc, quod S. Dionysius Areopagita, beati Pauli apostoli discipulus, & Athenarū episcopus, cum (sicut in libro Passionis eius legit) beatos apostolos Petru & Paulū audiret Romæ teneri, subrogato Athenis episcopo pperauit Romā uelocius attīngere: summopere desiderās, si Deus ita uellet, cum eisdem sanctis Apostolis occumbe. Sed cū diuina dispositio uota ipsius praeueniret, sancti q; Apostoli prius passionis gloria coronaretur, quam ipse Roman adiret: tandem perueniens Clementem cōdiscipulum

e suum,

sum, Romanæ sedi iam præsidentē inuenit, qui & illum in Gallias prædicatorē direxit. Quae igitur fuit festinantia tantum desiderij, si per xxiiij annorum spaciū, uel amplius, inter Athenas & Romam, nullo potuit obſtante cohiberi? Nec enim illud refragatur, quod ostio fidei ſibi aperto, cauſa ſemini uerbum Dei aliquandiu retardatus fuifſe narratur. Quia etiā per contiguas parochias, diuina ſemina prædicandi, auditus diſperferat, paſſionis tamen deſiderio feruens, ab Athenis infra xxiiij annos, maturius Romam contendere poterat. Adhuc uero cùm idem Dionyſius xcvi Dominiæ incarnationis anno, qui eft xiij Domitianī, paſſus deſcribatur: Clemens uero, qui eum direxit in Gallias, duodecimo eiusdem principis anno, iuxta ſuperioris opinionem, deſcriptionis ſedem accepiffe dicatur: mirum potest uideri, qualiter anno nondū & uix expleto, poſſent omnia haec exempli, ſcilicet ut Dionyſius de Roma in Gallias ueniret, & tam ceruicouſum populum ignotus adhuc & aduenia fidei iugo ſubſterneret, basilicam conſtrueret, aliaq[ue] plura quæ de eo leguntur, ſacerdotum ſuper his commotorum relatio Romanam recurreret: diuulgataq[ue] perſecutione, præfectus inde missus in Galliam, Dionyſium diuersis pœnis occideret.

Liber quoq[ue] paſſionis Alexandri papæ teſtatur. quod in ordine pontificum Romanorum, Clemens post Petrum priuimus, hoc eft ſecundus ab illo habeatur. Sic enim ibi scriptū eft: Quinto loco à beato Petro apostolo, Romanæ ecclesiæ cathedralm Alexander uicecepit, & reliqua. Quod si Linus à Petro ſecundus dicatur, neceſſe eft ut & Cletus ante Clementem, & Anacletus post eum à numero excludatur, quatenus Alexander quintus inueniatur: ſcilicet ut Petro exiſtentie primo, Lino ſecundo, Clemente tertio, Euaristo quarto, Alexander quinto loco ſubsequatur. Alter enim Alexander quintus à Petro non habetur: quia si Linus à Petro ſecundus, & Cletus ſive Anacletus ante Clementem fuerit poſitus, Alexander erit ſextus. Si uero Cletus ante Clementem, & Anacletus poſt illum ponitur, Alexander septimus habetur,

niſi

nisi Clemens à Petro secundus numeretur.

Omnis papistæ uolunt Petrum fundasse Romanā ecclesiā, & primū fuisse Episcopū Romæ. At contrā ex fine epistolæ ad Romanos, & ex alijs fide dignis scriptoribus liquidò cernitur, Romanam ecclesiam longè ante quām uel Petrus uel Paulus eō peruererint, non tantum fundatā fuisse, sed & floruisse. Necessariō etiā Episcopū habuit. nam tunc episcopus idem fuit quod pastor aut presbyter: ut non tantum Hieronymus testatur in Epistola ad Euagrium, sed etiā ex actis & epistolis Paulinis liquet. Salutat ibi Paulus Andronicum & Iuniam, quos dicit ante se cōuersos ad Christum, nempe qui uiuum Dominū audierint, eosq; dicit esse insignes inter Apostolos: quos uerisimile est fuisse Romanos pastores ac episcopos. Fœda ergo impudentia est, asserere Petrum fuisse primum episcopum Romanæ ecclesiæ.

Nicephorus libro 14 scribit, & recitata epistola decretali, Antheri papæ probat, Petrum Antiochia Romam translatum, indeq; Alexandriā S O R T E migrasse. Non ergo perpetuò fuit Romæ episcopus. Observandū uero est, quod eadem epistola Antheri, quam Nicephorus prolixè prædicto loco recitat, etiam in Decreto 7. quæst. 1. Can. mutaciones. Citat, sed sceleratè corrupta. Nam illud de transitu Roma Alexandriā, expunctum est, ne scilicet uideretur desīsse esse papa Romanus. Expende hanc sceleratam falsationē, & tetur mendacium. Tales falsationes librorum sunt innumeræ in papatu. Considera etiam, quod dicit Antherus papa, Petrum S O R T E Roma traductum esse Alexandriam. Nam tunc sortes pro diuino quodam oraculo habebātur, ut ex Prouerb. Salomonis, & initio Actorū affectionēq; Matthiae apostoli apparet. Testatur ergo, diuinitū eum à sede Romana abductum esse, utpote Apostolum Iudæorum, nō gentium, sicut supra ex Paulo cognouimus. Memorabile quoq; est, quod idem Nicephorus lib. 2. cap. 27. dicit, Petru sub Nerone demum Romanam uenisse, idq; expugnandi tantum Simonis magi gratia, unde sit mox simul cum mago à Nero.

Nerone pulsus. post expulsionē, ostendit eodem libro, cap. 35, eum totam fermē Africā & Asiam docēdo peragrasse, ac tandem ultimo Neronis anno denuō Romam uenisse, & pafsum esse. Quomodo ergo potuit imperante Nerone solis 14 annis, ipse 25 annos Rome sedere, & papatum administrare? Aut cur non aliae quoque Ecclesię, quas Petrus fundauit, cum Romanam non fundauerit, Petri sedes dicuntur, earum' ue episcopi Pape totius mundi sunt. Nam inter alias extra con- trouersiam est, Petrum Antiochię annis septem episcopum fuisse, aut sedisse.

<sup>10</sup> Concilium Tridentinum anathematizat eos, qui negāt, in uerbis coenę Hoc facite in mei commemorationem, sacrificiū Missæ institutum esse. At Paulus id disertissimè negat, i. Cor. ii. dum ea uerba de sacra communione dicta esse li- quidò ostendit, de sacra coena totius plebis Corinthiacę in- quiens: Hoc facite, quoties biberitis, in mei recordationem. Quotiescunque enim ederitis panem hunc, & poculum Do- mini biberitis, mortem Domini annunciate. Ita ille manife- stè uult, dictum Christi, H O C F A C I T E, significare, hoc bi- bite ac edite uos omnes Christiani: non autem, Hoc sacrifi- cate uos soli sacrificuli. Ergo hoc quoque tum palpabile, tum & blasphemum mendacium est, & ipsius Sp̄ritus sancti ex- cratio, aut anathematizatio.

<sup>11</sup> Canone in uolunt esse sacrosanctum, & (sicut Sidonius e- piscopus in celebrib. Comitijs tēpore promulgati sacrī Interim solenniter declamitauit, concionesque publicauit) inde ab Apostolis integrum, sic ad nostra usque tempora permā sisse. At contrā Durandus, Biel, Belet, Polydorus, & innu- meri alij, apud eos prorsus autētici, ordine recensem, quam particulam quis Pontifex illi male consarcinato centoni as- fuerit. Gregorius etiā Magnus, planè sacrosanctæ apud i- stos autoritatis papa, circa 600 Domini annum scripsit, quen- dam obscurum scholasticum eum composuisse, aut cōgessis- se. Verū forte profuerit ad illustrationem ueritatis menda- ciorumque refutationem, adscribere uetustiores Missarum ca- nones,

nones, ut eos ipsimet papistæ ediderūt. Quare eos in fine huius scripti adiisci emus, ut quanto sit impurior illis, praesens Canon Antichristi animaduertere conferendo quiuis possit.

Audacissimè afferunt innumeri eorum scriptores, hoc tem  
pore communionem sub una specie inde ab Apostolis fuisse, quin etiam Christum eam ita instituisse: & contrà, communionē sub utraq; specie esse planè impiam. At nunc in Concilio, ut piam, & à Christo institutam concedunt, & suis subditis in multis locis permittunt, non tamen sine impien-  
tissimis conditionibus. Quinetiam in Decreto testantur pa-  
pæ esse grande sacrilegium, communionem sub una specie,  
& Leo papa primus, dicit esse Manichæorum inuentum.

Coniugium sacerdotum, ut impietissimum, hactenus dam  
narunt, execratiq; sunt, quinetiā ferro ac igni persecuti sunt.  
At in præsenti concilio publica impressaç; oratione illustris  
partis eorum princeps, adseruit tum Christianissimum esse,  
tum etiam usitatum in Ecclesia fuisse: nihilq; utilius, aut ex-  
petibilius, quam ut quam primum in integrum restituatur:  
quia ex isto impurissimo illorū celibatu, tum ipsissima So-  
doma in Ecclesiam influxerit, tum etiam religio prorsus ex-  
tincta sit.

Abstinentiam à certis cibis, certis diebus, ut sacrosanctā  
hactenus aduersarij uenditarunt. At anno 1563 editus est  
Staphyli liber Ingolstadij, quo confitetur, communionem,  
sub utraq; specie, coniugium sacerdotum, & liberum cibo-  
rum usum, esse res planè adiaphoras, aut medias lícitas ue.  
Sic isti homines seipso mendaces, transgressoresq; consti-  
tuunt, dum easdem res factaq; modò piás, modò impías con-  
fitentur. ô horrendam uanitatem, & planè Aegyptiacas te-  
nebras istorum.

Innumeræ reformationes Papæ hactenus componi, ali-  
quas etiam edí curarunt, hisce 400 annis: quarum aliquot si-  
mul dudum euulgauit. Iis, simulantes se uehementer dolere,  
de suis turpitudinibus, religionis abusibus & depravato Ec-  
clesiae statu, grauissimè polliciti sunt, quod uelint suas curias

suosq; spirituales emendare, abususq; omnes & superstitiones tollere: sed nullam unquam obseruarūt, quin potius contrā semper in peius præcipites abierunt, factō Ecclesiæ Dei & miseræ plebeculæ ea simulutione fuco.

<sup>16</sup> Omnes ordinandi, ut loquuntur, aut sacrīs initiandī, initio examinantur ab Episcopo, aut eius vicem gerente. Facto examine progreditur, teste Erasmo, examinerat coram altari, & solenniter iurat, se reperiisse omnes illos initiandos esse idoneos ætate, moribus & scientia, cum plerunque (ut idem testatur) sint indoctissimi, tum moribus corruptissimi, & sepe etiam ætate immatura.

<sup>17</sup> Idem scribit alibi, uehementer mirum esse, cur peierantes alij infames habeantur: cum sacerdotes iuramento castitatem uouentes, nec tamen præstantes, nihilominus inter infames non censemantur, sed insuper reverendi habeant, ac salutetur?

<sup>18</sup> Constat quoque, quod omnes eorum titulares Episcopii, quos in Germania Suffraganeos uocant, dum ad aliquē peregrinum episcopatū ordinātur, iurare, se eō quam primum profecturos, & illius loci homines conuersuros. A' quo tam iuramento mox curant se à Papa absolui. Iurant ergo id se facturos, quod nec per somnium quidem unquam cogitauerunt facere. Talia publica, moreq; usitata & comprobata periuria religionis iurisq; papalis omnem uel Turcicū furem blasphemiasq; superant. O abyssum mendaciorum & periuriorum.

<sup>19</sup> Sub nomine Dionysij Areopagitæ, Pauli discipuli, obtruduntur ab aduersarijs quedam inepta & erroribus plena scripta, Ecclesiæ Dei. Quod autem eorum author ille Dionysius non sit, à multis doctisq; hactenus disputatum probatum que est, & hiscerationibus testimonij que euidentissime demonstrari potest. Primum enim, quis non miretur, tantum Pauli discipulum & apostolum, beneficij conversionis & amicitiae cum præceptore tam omnino potuisse obliuisci, ut ne uno quidem in loco Pauli meminerit: aut eius autoritate, qua tradit, se scribere testet: Solent Apo-

stoli

stoli & Prophetæ plurimum inculcare suam immediatā uocationem, ut suam doctrinam apud auditores confirmaret. Optimo ergo iure, necessitateq; id ipsa postulante, Deoq; præcipiente, Apostolorum discipuli, ipsorum authoritatē in docendo citare debebant; ac testari, se hæc aut illa coram à selecto Christi organo Paulo audisse, eoq; auditores debere illis plena fide assentiri. At iste citat nescio quem obscurum Hierotheum, suum præceptorem, immemor Pauli. Deinde, nullum ex Apostolis aut eorum discipulis uideremus tam de industria lusisse in tradenda ecclesiæ doctrina subtilibus, imò intricatis, ac præter autorem ipsum, uix alij cuiquam explicabilibus speculationibus & argutijs. Ac nihil minus certe conuenit isti ætati, cui Dionysius tribuitur, ut in qua homines rudes rerum de Christo, de regno Dei, de iusticia & salute æterna, singulari simplicitate & perspicuitate, nō subtilitatum inuolucris, doceri necesse fuit. Quod quidem indicium, ut minimè dubium aut fallax, etiam de reliquis libris Apocryphis Ecclesia perpetuò pronūciauit: quod uidelicet stylus eorū & discendi forma ab elocutione Apostolica procul absit. Denique, in Ecclesiastica Hierarchia suppositius ille Dionysius plurimorum meminit ordinum, ut pontificum, præsulum, sacerdotum, monachorum, &c. quorum (præter quām episcopi) Dionysij ætas nullum habuisse probari potest. In primis uero de monachis traditio, quos Pauli tempore nondum fuisse constat, suspecta est: quorum ut originem minimè indicat, ita nec Apostolicè sentit, quod eorum ordinem, ut sublimiorem & excellentiore reliquis commendet.

Sed his rationibus etiā Erasmī, quas in Annotationib. in 17 caput Actorum recensuit, ad uerbum adjiciemus. Laurentius Valla hoc loco refellit eorum opinionē, qui putant, hunc Areopagitam fuisse autorem eorum librorū, quos habemus de Hierarchijs ac diuinis nominibus: & eundem esse, qui apud Lutetiam Parisiorū martyrio fuerit laureatus: è tribus, nī fallor, Dionysij unū reddentes. Primum Areopagitæ

pagitae iudices erant, non philosophi. At isti Dionysium summum faciunt philosophum: qui ex eclipsis solis deprehenderit, periclitari rerum naturam, cum consentaneum non sit, eas tenebras Athenas usque peruenisse. Nam quod ait Evangelista, tenebras fuisse factas super uniuersam terram: eius regionis terram intellexit, assidente & diuino Hieronymo, & asseuerante Origene in Homilijs quas scripsit in Matthaeum, ubi plane negat, eas tenebras e solis accidisse deliquio: sed aut nubibus intercedentibus, aut alioqui aeris densitate coacta. Quod si haec tenebrae tanto spacio contigissent per uniuersum orbem, aliquis certe seu Latinus seu Graecus scriptor eius rei meminisset. Iam epistolam super hac re, uelut Dionysij nomine confictam, deridet Laurentius. Mihi non uidetur priscis illis temporibus tantum fuisse Christianis cæmoniarum, quantum ille describit. Deinde miror, si tam pri scus autor fuit, & tam multa scripsit, à nemine ueteru seu Gre corum seu Latinorum, fuisse citatum: non ab Origene, non à Chrysostomo: ne ab Hieronymo quidem, qui nihil intentatum reliquit. Quin & Gregorius ipse, vir probæ fidei, citans huius literas, non iudicat eum fuisse Dionysium Areopagitam. Porro cum in Ecclesiastica historia multa fiat mentione de libris Dionysij Corinthiorum episcopi, non est probabile, taciturnum fuisse Eusebium de tanto Pauli discipulo, si tantum uoluminum reliquisset. Hieronymus in Catalogo scriptorum illustrium, unum aut alterum Dionysium recentet, huius libros non recenset. Laurentius indicat, fuisse suæ ætatis doctissimos viros, qui iudicarint eos libros esse Apollinarij. Tametsi eius nominis duos commemorat Hieronymus: alterum Hieropolitanum episcopum, qui floruit sub Marco Antonino secundo: alterum Laodicenum in Syria episcopum. neutri tamen huiusmodi quicquam tribuit operum. Neque enim opinor haec Apollinario heretico tribuenda.

Ante complures annos, ut memini, vir incomparabilis Gulielmus Grocinus, ut Theologus summus, ita in nulla disciplina non exquisitè doctus & exercitatus, auspicaturus

Londini.

Londini in æde diuino Paulo sacra, enarrationē cœlestis Hierarchiæ, meditata præfatione multum assereravit, hoc opus esse Dionysij Areopagitæ: uehementer destomachans in eorum impudentiam, qui dissidentirent. At idem, prius quam operis dimidium confecisset, ubi gustum attentius cœpisset, ingenuè coram auditoribus fassus est, sibi uerso calculo, nō uideri id opus esse Dionysij Areopagitæ. Demiror autem, cur Beda putet, hunc Dionysium factum episcopum Corinthiorum: cum Ecclesiastica historia palam ostendat, alium fuisse Dionysium episcopum Corinthiorum, qui multa conscripserat. Atque huius autoritas ibi citatur, qui in epistola quadam, quam scripsit ad Athenienses ostenderit, Dionysium Areopagitam à Paulo conuersum, primum fuisse Athenis episcopum ab eodem Apostolo institutum. Nec aliud quicquam apud priscos scriptores comperitur de Dionysio Areopagita.

Hicce argumentis & eruditorum sententijs, possis adiçere etiam hasce rationes. Prima, quod ille tumidus, obscurus, improprius & intricatus stylus, ut est istius Dionysij, ne quaquam tempore Apostolorum Athenis fuit usitatus: sed 300 demū postea annis in Græcia, & etiam Romæ cœpit esse in usu. Secunda: Recentior uersio habet, quod Hierarchiam ad Timotheum scripserit, quem etiam suum filium uocat: quod idem est usus scripturæ & Ecclesiæ ac discipulis, cum Timotheus habuerit diutissimè præstantissimum præceptorem illud electum Christi uas, fueritq; adhuc uiuo Paulo celebris doctor ac episcopus: ut ille potius hunc Dionysium docere potuerit, quam ab eo doceri. Tertia: Mox post conuersionē Areopagitæ docuit Paulus Corinthi diu, & Ephesi diutius, quæ loca facile Athenis accedi possunt: ut, si Dionysius iste discendi cupidus fuit, potuerit per integrum biennium Paulum quasi domi habere: eoq; non fuerit necesse, eum sese in disciplina Hierotheo, homini in Ecclesia plane ignoto, dedere. Quarta: Initio Hierarchiæ dicit, suos præceptores istam doctrinam ab Apostolis

accepisse. Vnde liquidò constat, eum non fuisse Apostolorū discipulum. Ideo autem in plurali dicit (præceptores) ut per plures sibi inuicem succedentes præceptores, eam doctrinā ab Apostolis ad se peruenire ostendat. Quinta: Qui pos-  
sibile fuit, istum Dionysium non saepe quæsiuisse scribendo ad Timotheum, an quid ipse rectius ab apostolo Paulo audi-  
uisset de illis ipsis rebus, cum quo ille tā diu tanquā familiariter uixisset, & plenē eruditus fuisset? Sexta: Meminit hic  
scriptor crebrō chori & templi à se inuicem distincti, & alia-  
rum partium templi. Atqui tempore Apostolorum, & 100  
annis postea, nō habuerunt Christiani tam operosa templo-  
rum ædificia, sed initio in domibus conueniebant. Se-  
ptima: Ioannes Apostolus diutius Dionysio uixit, fuitq; ple-  
runcq; Ephesi, & in Asia minori, ubi & Timotheus egit, qui  
ei familiaris fuisse scribitur. Quomodo ergo iste Dionysius  
ausus fuisset docere Timotheum, habentem tantum præce-  
ptorem: & non potius millies repetendo petiisset, ut sibi Ti-  
motheus uel de hac re, uel de alia suam aut Pauli Ioannis ue-  
sententiam perscriberet? Octava: Iste Dionysius in libro  
de Diuinis nominibus, citat Clemētem philosophum de dia-  
lectica differentē, ac dicentem, quod exemplaria rerum prin-  
cipalia, aut idē seu causæ formales sint relatiuæ. Nullus ue-  
rō fuit alijs Clemens philosophus, quam Alexandrinus, cu-  
ius iam librī extant, qui ducētis post Christum annis uixit.  
Videtur etiam omnino ille locus citatus in fine octauī Stro-  
matum esse, ubi Clemens dicit causas, præsertim formalem,  
esse relatiuam. Nona: Iste Dionysius citat 4 cap. de Di-  
uinis nominibus, Ignatiij epistolas: quæ tamen, sicut illorum  
uitæ testantur, sunt post mortem Dionysij Areopagitæ scri-  
ptæ. Sic idem citat Euangeliū Ioannis & Apocalypsin in  
sua Hierarchia, idq; ita, tanquā si ea scripta iam diu fuissent  
pars sacre scripture. At contrā, si credimus historicis, utru-  
que scriptum Ioannes paulo ante mortem, nempe circiter  
14 annis post Dionysij Areopagitæ mortem, edidit. Po-  
strema: Inter epistolas istius Dionysij est una ad Polycarpū  
scripta,

scripta, quæ eum ita alloquitur tanquā iam doctorem & episcopum. Iam testantur scriptores Dionysium esse passum in Gallijs, anno Domini 96, & Polycarpum 166, siue uero ætatis 86. Vnde liquidò apparet, Polycarpum tempore passionis Dionysij adhuc impuberem fuisse. Quare nullo modo consistere potest istud mendacium, quod isti libri sint Dionysij illius Areopagitæ, qui à Paulo conuersus est. Tametsi & alia historica Papistarum mendacia de prædicto Dionysio suprà ex Vrspergense audiutimus: & ut cernamus omnia errore ac figmentis inuoluta esse, hoc non leue mendacium est, sed innumerorum mendaciorum lerna, obtruderent omni ne illius sacro sancte uetus statis, impura recentiorum scripta. Quod aduersarij in multis hoc tempore fecerunt, & adhuc facere pergunt, quantumuis ita sint cōuicti, ut uel manibus sua mendacia uolentes nolentes palpent.

Iactant Papistæ, Missam esse ab ipsomet Christo institutam: at Decretum pontificium tribuit eius intentionem Iacobu Ierosolymitano & Basilio Cæsariensi. Hæc enim eius sunt uerba: Iacobus frater Domini secundū carnem, cui primùm credita est Ierosolymitana ecclesia: & Basilius Cæsariensis episcopus, cuius claritas per totum orbem refulxit in Scripturis, ADDIDERUNT nobis MISSAE celebratiō nem. Innocentius quoq; Papa III, & Platina, scribunt ueteres tantum uerbis Testamenti esse solitos cōsecreare. Non ergo dixerūt se offerre pro uiuis & p mortuis, ac pro peccatis totius mundi expiandis, ut postea & nunc impij sacrifici in suo Canone blasphemarunt. Sed de Canonis incertitudine, suprà aliquid dictū est, & postea quoq; in fine dicetur.

Innocentius Papa dist. xij. audacissimè afferit, omnes Ecclesiæ per Italiam, Gallias & Hispaniā, Africamq; & interiacentes insulas, tantum à Petro & eius successoribus, aut ab eorum discipulis, seu quos illi initiarūt, institutas esse. Contrà uero ex Actis & Epistolis Paulinis liquidò patet, per totam Italiam & circumuincinas regiones fuisse Ecclesiæ, antequam uel Petrus uel Paulus eō peruererunt. Auentinus

## 44 MENDACIORVM PAPISTICORVM

quoq; & alijs historici indicat, plerunq; Paulinos discipulos  
in hinc regionibus concionatos esse. Ergo manifestissimum  
mendacium est, quod Papae iactant suorum, antecessorum  
opera Occidentales regiones conuersas esse. Atqui sub praetextu  
huius tam sedi mendacijs, sibi illic Papa regnum in Ec-  
clesia Dei usurpat. Inquit enim: Oportet igit omnes sequi,  
quod Ecclesia Romana uult & seruat.

22. Victor papa Romanus olim, non leui mendacio aut falsitate,  
tum uariationem in Paschate & alijs quibusdam ceremoniis  
pro graui heresi habere uoluit: tum ius sibi ac superioritatem  
in Asiaticas ecclesias usurpare, easq; propterea excō-  
municare. Sed ab Irenaeo & alijs, præsertim Gallicis episco-  
pis, est grauiter refutatus. Testatur id Euseb. lib. 5. Tr. p. 9. &  
Socrates quinto, ut prolixius in meo Catalogo ostendi.

23. Eodem modo etiam Cornelius papa afferuit, sibi deberi  
iurisdictionem super Africanas & alias ecclesias: seq; pos-  
se audire, examinare & absoluere, eos quos aliqui Africani  
episcopi damnassent, uel etiam excommunicassent. Verum  
Cyprianus ei se se grauiter opposuit: ostenditq; eum non tan-  
tum iniuste agere, iurisdictionem sibi supra alias ecclesias u-  
surpando: sed etiam recepta in Ecclesia Dei statuta, quibus  
decernitur ut unusquisq; episcopus suo gregi attendat, & in  
alienum sibi ius non usurpet, uiolare. Quam controuersiam  
pleniū in meo Catalogo exposui. Verba eius inter alia sunt  
haec: Nam cum statutum sit ab omnibus nobis, & æquum sit  
pariter ac iustum, ut uniuscuiusque causa illuc audiatur, ubi  
est crimen admissum: & singulis pastoribus portio gregis  
sit adscripta, quam regat unusquisq; ac gubernet, rationem  
sui actus Domino redditurus: oportet utiq; eos, quib. præ-  
sumus, non circumcursare, nec episcoporum cōcordiam co-  
harentem sua subdola & fallaci temeritate collidere: sed age  
re illuc causam suam, ubi & accusatores habere, & testes sui  
criminis possint: nisi paucis desperatis & perditis, minor ui-  
detur esse autoritas episcoporum in Africâ cōstitutorum,  
qui iam de illis iudicauerunt, & eorum conscientiam multis  
delictorum

delictorum laqueis uinctam, iudicij sui nuper grauitate damnarunt. Iam causa eorum cognita est, iam de eis dicta sententia est. Nec censurę congruit sacerdotum, mobilis atq; incōstantis animi leuitate reprehendendi, cum Dominus dicat: Sit sermo uester, Est, est, Non, non, &c. Sic & in epistola de Clericorum simplicitate dicit, unumquenque in solidum suum episcopatum possidere. id est, non esse quasi (ut ita dicam) feudatarium alterius: sicut nunc sunt omnes episcopi feudatarij aut beneficiarij, seu clientes Romani pontificis. Quis uero nunc episcoporum, archiepiscoporum, metropolitanorum, & deniq; patriarcharum, auderet ad Romanum pontificem ita scribere, quod ille siros apostatas iudicare nō debeat, sed ad se eos reuerti oporteat: quia statutū sit, ibi causas cognosci oportere, ubi acciderunt? Item, quod unicuiq; episcopo sua sit portio gregis adscripta: quam regere, & de cuius gubernatione, nō Romano episcopo, sed Domino ius rationem reddere debeat:

24

Vanissimam & innumeris mendacijs refertissimam Donationem Constantini, multi hoc tempore, & etiam dudum potenter & euidenter refutarūt: ut iam nos actum agere nō sit necesse. Obseruetur autem in hac cloaca mendaciorū, etiam illud sceleratū facinus, quod ea Donatio in veteribus & planè authenticis exemplaribus Decreti non reperiatur: postea tamen dolo Papistarum, dist. 96 inserta est. Citant Antoninus & Cardinalis Cusanus (cōstanter mendacijs eam Donationem arguentes) talia melioris fidei exemplaria. Et quidem ego ipse (quod coram Deo adfirmo) quatuor eiusmodi uidi, ex quibus adhuc duo penes me habeo. Porro exemplaria, in quibus illa suppositicia donatio nō extat, sunt manuscripta, quae ob uetusatem adhuc glossa carent. Cogita Christiane lector, an hoc uel simplex, uel leue mendacium, & non simul nefaria falsatio sit ita Ecclesiæ iura in tantum momenti materia falsare.

Exstat in Decreto 12. q. i. Canon, titulo Melciadis papæ, 25  
qua prædicta Constantini donatio confirmatur. Sed Cu-

## 46 MENDACIORVM PAPISTICORVM

fanus cardinalis in opere de Concordantia Catholica clare ostendit, vanitatē eius eo euidentissimē redargui, quod Melciades ante Sylvestrum fuerit, & ante illius fictae donationis tempus mortuus sit. Ita unum mendacium secum innumera trahit: iuxta vulgare prouerbium, Ad unius mendaciū constabiliōnem septem alijs opus esse.

- 26 Innumerā historiā mendaciā Paparum recenset Lauren-  
tiūs Valla, ciuis Romanus, & rerum Romanarum longē pe-  
ritissimus. Vide quæso Lector Christiane, eius refutationē  
Donationis Constantini, cuius modō mentionem feci. Ve-  
rūm amplioris fidei gratia adscribam unicum eius dictum:

O' miram hominum dementiam, qui his anilibus delira-  
mentis fidem habent. Iam uero, quam diu hoc factitatū est:  
Quando fuit cœptum? Ante aduentū Saluatoris, an postea?  
Nihil horum scitur. Pudeat nos, pudeat harum nemiarum,  
& levitatis plusquam mīnicę. Erubescat Christianus homo,  
qui ueritatis se ac lucis filium nominat, proloqui, quæ non  
modō uera non sunt, sed nec uerisimilia. At enim inquietunt,  
hanc dæmones potestatem in gentibus obtinebant, ut eas  
dijs seruientes illudarent. Silete impudētissimi homines, ne-  
dicā sceleratissimos, qui fabulis uestris tale semper uelamen  
tum obtenditis. Non desiderat sinceritas Christiana patro-  
ciniū falsitatis. Satis per se superq; sua ipsius luce ac ueritate  
defendit, sine istis commenticijs ac præstigiosis fabellis,  
in Deum, in Christum, in S. Spiritū contumeliosissimis.

- 27 In Decreto Pōficio, distinctione 63, inserta est quedā do-  
natio Ludouici Piij, Caroli M. filij, qua scilicet is Romam, &  
liberum ius eligendi ac constituendi nouum Pontificem, Pa-  
pæ & ciuib; Rom. donauerit. Verūm eius quoque falsitas  
ex multis indicijs liquido patet, quę ego nunc recensere ui-  
tandæ prolixitatis gratia nolo. tantum ascribam Molinei re-  
futationem uanissimi eius figmenti, qui inquit: Et per prædi-  
cta minus etiam obstat c. ego Ludouicus. 63. distinct. ubi di-  
citur, Ludouicum i. Paschalij i. ius eligendi & instituendi Ro-  
mani pontificis remisisse; hoc enim a suspecto authore pro-  
cessit,

cessit, uidelicet à p̄fato Bibliothecario, ut Platina in Pasch.  
i. Sabell. Ennead. viij. lib. ix. Volaterr. Anthropolog. lib.  
xxij. testantur. Vt autem non est in fauorem Paparum cre-  
dendum Bibliothecario, potētatus eorum fautori, famulo-  
que domestico: ita non est credendum Gratiano monacho,  
qui & ipse affectibus & ambitioni nouorū sui temporis pa-  
parum, quātum potuit, fauit: nec aliunde quām à Bibliothe-  
cario dictum c. ego Ludouicus, transumpsit. & sic nec alijs,  
qui tantūm dīcta eiusdē Bibliothecarij recitant, nec aliunde  
sciunt, nec examinant. Sed examinando, ueritas eluescit in  
contrarium. Quia, ut suprā nu. 77. idem Paschalis à populo  
ui coactus pontificium munus obire, ante habitam autorita-  
tem Imperatoris, Legatos excusatum, & ad culpam non infi-  
ciandam, sed in populum transferendam, misit ad Ludouicū  
Pium: qui, ut mansuetus erat, satisfactionem quidem acce-  
pit, sed cum increparatione cleri & populi: & abiecto p̄ce-  
pto maiorum instituta pactaq; seruādi, utq; cauerent, ne de-  
inceps simili exemplo maiestatem laderent, ut expresse Pla-  
tina & Sabell. testantur. Quid autem magis contrarium  
aut repugnans est p̄fatae & suspectae Bibliothecarij scri-  
pturae? Certè uel ex hoc falsitatis conuincitur, nec tamen e-  
tiam per se sufficiēti exemplo tantūm, sed etiam ex eo, quod  
tempore Eugenij II, immediate dīcti Paschalis successoris,  
Ludouico Pio adhuc uiuo, Lotharius I. filius eius in Impe-  
rij consortium assumptus, Romæ politiam ordinauit, & ma-  
gistratus instituit, ut suprā nu. 78 & 112. Hoc autem fieri non  
potuisset, si Ludouicus Pius Romam ipsam, caput Imperij,  
Papæ dedisset. Quid quod Volaterran. Geograph. lib. 3.  
prætensam illam Ludouici donationem longe aliter, & dif-  
formiter, quām Gratian. in d. c. ego. refert: sed ex scriptura  
quadam apocrypha, quam in bibliotheca Papæ sese inuenis-  
se dicit. Et sic illius bibliothecæ scripturæ, unde tam Bi-  
bliothecarius quām Gratian. & Volaterr. sumpserunt, sibi  
ipsis non constant: & non solum quod domesticæ, & ē loco  
suspecto, sed ut uaria, reiſciendæ sunt: & multo magis ex eo,  
quod

## 43 MENDACIORVM PAPISTICORVM

quod fides historiae repugnat per praedictatum ex eo, quod Volaterr. ibi Calabriam inferiorem & superiorem & ducatum Neapolitanum includit. & alia, quae constat, ex foedere divisionis inter Carolum Magnum & Imperatore Constantinopolitanum facta, Græcorū imperio cessisse, & diu pluribusq; seculis, etiam post Francorum imperium in Germanos translatum, usq; ad Gulielmum Ferrebach Normannū, Tancredi Galli Normanni filium (qui ē Neustria in Italiam trahientes regnum Apuliæ anno millesimo septimo, deinde Siciliæ, sacerdotibus tamen Græcis relictis, occupauit) remansisse: ut etiam ex historijs eorū qui tempore Caroli Magni & deinceps uixerunt & scripserunt, liquet. Porro nec uerū, nec uerisimile est, quod Ludouicus Pius ea donasset, quae nō poterat, & nullo modo possidebat: & quæ pater eius ex dicto foedere Græcorum imperio reliquerat. Quin sicut regnum Francorum alienare nō poterat, ita nec Imperium & regiones Imperij occidentalis (quæ ex dicta divisione Carolo Magno & successoribus suis cesserat) & multo minus Romam caput Imperij. Alberic. in c. i. C. de sum. trin. & l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript. Et sic donatione Ludouici, si qua fuit, eisdem causis nulla esset.

28 Hisce indicijs, mendacem illam donationem Ludouici categoriis, adjice: Primum, quod in ea dicit, semper Papas ac Romanos liberè possedit regnum Italiae, & ius constituendi Romam, ac eligendi Pontificem: cum proxime prædens donatio Adriani Carolo facta, contrarium decernat. Deinde, uiuam experientiam, quod ipsem Carolum Romanum possedit. Tertio, quod nulla prorsus insit reuocatio precedenter donationis, ab Adriano erga Carolum factæ. Necessariū enim certe ac perpetuo usitatum est, ad rei iurisq; declaracionem, ut sequens restitutio possessionis, prioris donationis mentione faciat: & omnino ut omnis posterior contractus priorem rescindens, illum nominet, eumq; expressè irritum faciat: quo liquidò appareat, noua cessione priorem contrariamq; traditionem cassatam sublatamq; esse. Alioqui vide-  
retur

retur utraque stare. Taceo experientiam, quod Ludouicus Romanum possedit toto uitæ sua tempore, de quo audiuius ex Molíneo. Hisce ueritatis testimonij adiace, quod donatio facta à Leone Otthoni primo (qua in eadem distinctione recitur) nullam prorsus mentionē facit huius commenticiæ cessionis Lodouici; sed simpliciter tantū citat donationem olim Carolo M. ab Adriano factam. Oportuisset autem in hac noua Papæ donatione fieri mentionem cessionis Lodouici Pi, si unquā facta fuisset: quo sciretur eam esse sublatam, nec relinqueretur locus nouæ liti, dum utraq; do natio stare uideretur. Hinc igitur cognoscantur tum mendacia ac impostura, tum & crímina falsi, ac deniq; rapine aut latrocínia potius paparum, in Ecclesiam & Romanum imperium grassantium. Ad refutationem huius mendacij facit etiam, quod continuator Damasi in uitis Pontificum, libris Conciliorum insertus, nullam planè mentionem huius donationis in uita Paschalis faciat, cum eam prolixè describat, multa leuia eius facta aut res commemorantem.

Hisce fragmentis adiiciatur & illud luculentissimum mendacium, quod in eadem distinctione ponitur confictum iuramentum Otthonis primi, per legatos Ioanni papæ præstatum. Necesse enim est hoc iuramentum intelligi de Ioanne XII. Loquitur enim de profectione Cæsaris Romam. Profectus uero illuc est is Imperator, sedente Papa Ioanne XII, quem tandem curauit deponi, comprobate id toto clero & populo ob plurima eius turpisima facinora. Historiā hanc prolixè describit Luitprædus Diaconus Ticin. & Theodor. Niemus in longissimo schismate: quorū narrationes ad uerbum meo Catalogo inserui. Ex illis uero narrationibus illorum liquidò patet, tunc Cæsarem non fuisse Papæ obnoxium, ei' ue subiectum: sed ut dominum eius eo profectum esse. Ostendit & tota illa actio ac exitus depositionis, quam nihil tam seruulis iuramenti ei præstiterit. Refutat etiam ipsa experientia continuatae possessionis prædicti Cæsaris & constitutionis successoris Papæ, eum suorum maiorum ius

## 50 MENDACIORVM PAPISTICORVM

Papæ Romanisq; non tradidisse. Idem mendacium poten-  
ter redarguit suprà indicata donatio Leonis papæ Ottoni  
facta, quam diximus eidem distinctioni inserta esse. Esse au-  
tem illam donationem Leonis v i i, etiam Platina testatur.

50 Est quoq; in eodem loco ualde dignum obseruatu tetrū  
mendacium ac impostura istorum longè impudentissima,  
quod donationem Leonis papæ præposuerunt factio illi Ot-  
thonis iuramento, quo scilicet intelligeretur illa præcedens  
donatio sublata esse per posterius cessorium iuramentum:  
cum ex serie Paparum & ex historijs constet, Leonem illum  
fuisse post Iohannē, interposito tamen Benedicto, trimestri  
Papa, quam ille imperator Hamburgi in Saxoniam rele-  
gauit, ubi etiam in exilio mortuus est. Quare illud iuramen-  
tum præcessisset, non sequutū fuisse Leoninam donationē.

Nec hanc tantum falsationem nefariamq; fraudem adhi-  
buerunt isti falsarij: uerū etiam adiecerunt Decretum Ca-  
roli M. ex capitulis aut legibus Caroli & Ludouici ab Anse-  
giso abbe collectis, & iam Basileæ editis: cuius initii est,  
Sacrorum Canonū, ubi tamen nihil aliud decernitur, quam  
ut clerici & plebes sibi eligant episcopos istos communes.

Postremo autem ad cumulandam mendaciorum & crimi-  
num falsi mensuram, hæc uerba istorū adulator Gratianus,  
ut solet, adiecit, ueluti in summam præcedentia redacturus  
ac concordaturus. Ex hisce constitutionibus & pacto Lu-  
douici imperatoris, deprehenduntur Imperatores illis renun-  
ciasse priuilegijs, quæ de Electione summi pontificis Adria-  
nus papa Carolo, & ad imitationem eius Leo Ottoni pri-  
mo regi Theutonicorū fecerat. Vide extremam impuden-  
tiā: præcedens iuramentum renunciat sequenti donatio-  
ni, aut de ea cedit.

51 Hisce coniungatur & illud foedum Paparum ac sacrifico-  
rum figmentum, quod prædictum Benedictum, hominem  
perditissimum, conficia uanissima Legenda, pro diuo coli-  
fecerunt Hamburgæ, & passim in Saxonia: quæ portenta  
mendaciorū reliquarumq; idololatriarum, Albertus Cran-  
tzius

tzius in suæ Metropoleos appèdice prolixè redarguit. Vide ipsum autorem.

Celeberrima historia habetur in librís Conciliórum, de mendacio ac falsificatione Canonum sacrosanctæ Nicenæ sy nodi, quam alioqui Papæ in Decreto profitetur se ut sacro sancta quatuor Euangeliæ uenerari. Vide in primo tomo Conciliorum, in synodis Carthaginensisbus. Scelus hoc est prorsus notorium: de qua re mox clarius.

Cohæret cum hisce, quòd huic impurissimo sacrilegæç falsationis nefario figmento adiecerunt sacrosancti isti pontifices magnum cumulum mendaciorum, quòd nempe tres illorū ordine sibi inuicem succedentes, Zozimus, Cœlestinus & Bonifacius, per integros quinq̄ annos atrocissimè litigarūt cum tota sexta Carthaginensi synodo, afferentes sibi deberi iurisdictionem super Africanas & omnes alias ecclesias: suiç iuris esse cognoscere de causis ab eis prius cognitis, eorumq̄ iudicia rescindere. Inde uerò nefariam audaciam expende, quòd non tantum id falsatis Canonibus usurserunt, nec etiam unus solus, sed tres papæ: non breui tempo re, sed toto quinquennio, idç acerbissimè litigarunt: uerū etiam, quòd in ea Synodo fuerunt ultra 200 celebres episcopi, inter quos etiam ipsemet sanctus Augustinus. Historia est uralde memorabilis. Recensui eam proprio libello, ante complures annos Basileæ impresso, quam hic quoç in fine adiiciemus. Vide eam Christiane lector: iuuabere simul, & mirabere.

Commentum est cum hisce mendacijs istorum sanctissimorum patrum, quòd līcet evidenti ueritate uicti repulsiç à tantæ maiestatis Synodo fuerunt, nihilominus perrexerunt illud ambitiosum mendaciū suę superioritatis urgere. Quin etiam illam sacrosanctam Synodus totç præstantissimos patres execrati sunt, quòd ne fingere uidear, ascribam Bonifacij 11 epistolam, Concilijs insertam, qui circiter 100 annis poste regnauit.

Epistola Bonifacij II pape, ad Eulalium patriarcham Ale-  
xandrinum, qua sextam Carthaginensem synodum damnat  
ac detestatur, licet eam non nominet: & de subiectione Eu-  
lalij Carthaginensis metropolitani insolenter triumphat.

¶ Bonifacius episcopus Romanus, Eulalio coepiscopo  
salutem. Olim & ab initio tantam perceperimus a beato Pe-  
tro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus authorita-  
tem uniuersali Ecclesiæ, auxiliante Domino, subuenire: &  
quicquid nocivum est, autoritate Apostolica corrigerem & e-  
mendare. Adhoc enim diuinæ dispositionis prouisio gra-  
dus diuersos & ordines constituit esse distinctos, ut dum re-  
uerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores mi-  
noribus dilectionem impenderent, una concordia fieret ex  
diuersitate contextio, & recte officiorum generaretur admi-  
nistratio singulorū. Nec enim diuersitas alia poterit ratio-  
ne subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo  
seruaret. Quia uero quæque creatura in una eademque quali-  
tate gubernari uel uiuere non potest, cœlestium militiarum  
exempla nos instruunt: quia dum sint angeli, sint archangeli,  
liquet quia non æquales sunt, sed in potestate & ordine (sicut  
nostis) differt alter ab altero. Si ergo inter hos qui sine pec-  
catis sunt, constet istam esse distinctionem: quis hominū ab-  
nuat, libenter se illorum dispositioni submittere. Hinc enim  
pax & charitas mutua se vice complectitur, & manet firma  
concordia, ac in alterna & Deo placita dilectione sinceritas.  
Quia igitur unumquodque salubriter tunc completur offi-  
cium, cum fuerit unus ad quem possit recurri prepositus:  
uota nostra charitatatem tuam latere nolumus, ne qui parti-  
ceps fuit sollicitudinis, gaudiorum fructus reddatur extor-  
ris. Et ideo Carthaginem ecclesiam ad communionem  
nostram rediisse (Domino propitiante) tradentibus signifi-  
camus alloquijs: & mandatorum, quæ legatis nostris dedi-  
mus, seriem in omnibus fuisse completam. De qua parte, ut  
ad dilectionem tuam plenius perfecte gaudium perueniret,  
libelli Eulalij fratris & consacerdotis nostri Carthaginensis  
episcopi,

episcopi, & Iustini clementissimi principis Orientis, sacrarū literarum exemplaria pariter credidimus destinanda: indicātes nihilominus, per Orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest, ut à nobis competentibus precibus diuinatas exorata concedat, quatenus de aliarum quoq; Ecclesiarū redintegratione gratulemur. Ea uero quæ significare curauimus, in eorum sacerdotū qui fraternitati tuæ uicini sunt, curabis perferre noticiam, ut & ipsi de esse clu tantæ rei gratias nobiscum cœlestis misericordiæ, beneficijs referre non cessent. Aurelius enim, præfatae Carthaginensis ecclesiæ optimus episcopus, cum collegis suis (nempe tempore vi Carthaginensis synodi) instigante diabolo superbire temporibus predecessorū nostrorum Bonifacij atq; Cœlestini contra Romanæ ecclesiam cœpit. Sed uidens se modò peccatis Aurelij Eulalius à Romanæ ecclesiæ communione segregatus, humilians recognouit se, pacem & communionē Romanæ ecclesiæ petens, subscribendo unā cum collegis suis, damnavit Apostolica autoritate omnes scripturas quæ aduersus Romanæ ecclesiæ priuilegia factæ quo quo ingenio fuerunt, & sic ille sanctissimus Papa totam illam sacrosanctam Synodum 200 episcoporum & ipsum S. Augustinū in sepulchro anathematizauit. ò blasphemias.

Iactant Papæ, se Anglos per Augustinū minorem, & Germanos per Bonifacium, ad Christianismum conuertisse. At cōtrarium licet ex Beda, libris Conciliorum, & etiam ex ipsiusmet Bonifacij epistolis liquidò intelligere. De quare aliquanto plenius in Catalogo egi.

Iactant isti, nullum Papam unquam fuisse hæreticum. At contrarium ipsorum propriæ historiæ testantur. Nam Libe-  
rius papa fuit hæreticus. Arrianus, teste Platina: Syluester secundus fuit magus, Marcellinus abnegauit Christum. Dā-  
natus est & Anastasius, dist. 19. item Honorius, à sexta syno-  
do Constantinopolitana: Victor quoq; ab Ireneo & Galli-  
cis episcopis, ut suprà dictum est. Tres papæ à sexta Cartha-  
ginensi synodo, quin & ipse met Petrus, quem isti uolunt suū

## 54 MENDACIORVM PAPISTICORVM

fundatorem esse, tum prava suadendo Satan à Christo uocatus est, tum eundem horrendo iuramento abnegauit; tum deniq; etiam post ascensionem Christi & errauit, & alios seduxit, adeò ut eum in faciem coram tota Ecclesia increparia à Paulo necesse fuerit. Vide Erasumum in Annotationibus, de plurium paparum erroribus.

37. Nugantur ipsorum scriptores de varijs imaginib; quæ passim adorantur, esse à S. Luca pictas. ut si nihil aliud toto uitæ suæ tempore Lucas fecisset, tot tamen picturas pingere nō potuisset. Eodem referatur, quod Erasmus dicit, tantum ligni crucis ab istis, diuersis in locis ostentari, ut uel oneraria nauis eius pondus ferre nequiret.

38. Ingens sentina perniciösissimorum mendaciorum sub illo uno eorum fundamēto substruitur: Omnis Christi actio est nostra imitatio: Sed Christus, Elias, Moses, quadraginta diebus nihil comedenter aut biberūt: Igītū & nos debemus quadraginta diebus ieūnare. Christus, Baptista & multi alij, fuerunt cœlibes: Igītū est ingens pietas, uiuere uitam cœlēbem: & similia innumera.

39. Illud uero īpurissimum figmentum ueluti primaria quedam basis totius Monasticæ superstitionis & rapacitatis est, quod dīcunt Christum & Apostolos nihil habuisse proprij: sed mendicasse, idq; religionis gratia, eamq; mendicitatem per se se fuisse cultum Deo acceptissimum. Vnde porrò probare conantur, esse perfectissimam quandam pietatem, ualidos, ociosos rasosq; monachos mendicare, & de alienis surdoribus uiuere. De hoc planè hæretico impioq; mēdacio atrociter monachi etiam cum Iohanne XXII papa contendunt.

40. Innumeris mendacissimis picturis dementant miserum uulgas, Christum ut severum ac immitem iudicem iudicantem mundū, & sagittas in genus mortale proiçantem: & contrā diuam Virginem & Franciscum, ut mediatores & intercessores, ei proponunt. Quō sic uulgas neglecto illo se uero iudice, discat confugere ad alios mediatores, tanquam magis,

magis misericordes, & salutis peccatorum cupidos, atq; ita istos (quos isti sanctos vocant) inuocet. Dium Hieronymum pingunt ut Cardinalem, cum galero: ut sciamus, Cardinalatum esse rem peruetustam, & Deo gratam. Augustinum faciunt monachum: sanctum Iacobum, instruunt ut pregrinantem religionis gratia, longiore baculo, pera ac peta so imbricato. Franciscum conferunt cum Christo, totidem uulnerahabentem. Consimilibus innumeris mendacibus picturis miseris homunciones seducunt & dementant.

Fingunt Baptistam pietatis causa solitarium uixisse, & in 43  
eremo uersatum, sordideq; indutum fuisse & tenuiter uictitasse. Eodem modo & Heliam. Quare esse ingentem pietatem, uiuere solitarium aut monachū, & portentoso quodā uestitu uestiri. Talia de sanctis fingendo, seducunt pusilios iesu Christi: cum illorum miseriæ non electiæ fuerint, sed Domino crucem eis imponente.

Negant sacro sanctam illam sedem Romanam errare posse. De quo mēdaciō audiamus eorum amicum & patronum Erasmum: Porrò si uerum est, quod quidam asseuerant, Romanum Pontificem errore iudiciali non posse unquam errare, quid opus generalibus Concilijs: quid opus in Concilium accersere l ureconsultos, ac Theologos eruditos, si, pronuncians labi non potest: cur datus est appellationi locus, uel ad Synodus, uel ad eundem rectius edoctum, posteaq; semel de catisa pronunciauit Pontifex? Quorsum attinet tot Academias in tractādis fidei questionibus distorqueri, cum ex uno Pontifice, quod uerum est, audire liceat? Imò quī sit, ut Pontificis huius decreta, cum nullius pugnant decretis? Ut enim taceam de Formoso, non' ne papa Ioannes XXII, & Nicolaus, decretis totis inter se pugnant: idq; in his quæ uidentur ad fidei negotiū pertinere. Quorum alter pronunciavit iudicialiter, ut illorum more loquar, Christum & Apostolos nihil habuisse nec in commune, nec priuatim: alter contrā pronunciāt, habuisse. Id ex ipsorum Extravagan- tibus licebit cognoscere. Sed propius ad id quod hic agimus

mus facit, quod Innocentius III, ac Cœlestinus, de matrimoniis dirimendo prorsus pugnantia definierunt. Quorum hic ius facit alteri coniugum iterare matrimonium, si alter fuerit in haeresim prolapsus, Innocentius negat, quemadmodum legimus lib. Decretalium quarto, titulo de diuortijs, cap. Quarto. Nec illic dissimulat Innocentius, quendam praedecessorem suum secus statuisse, Cœlestinum indicans: ut aperit glossema, declarans Cœlestini super hac re constitutionem olim extitisse in Decretalibus, libro tertio, titulo de conuersione infidelium, in fine. Id eo magis uerisimile est, quod is titulus paucissimis constet capitibus: ut intelligas, esse decurtag. Præterea Pelagius, ut extat in Decretis, distinctio ne trigesima prima, cap. ante triennium. constituerat, ut hypodiaconi Siciliæ ab uxoribus abstinerent, quas ante constitutionem legitimè duxerant. Id decretum uelut iniquum, & cum Evangelico pugnâs præcepto, retractat & abrogat Gregorius eius nominis primus, qui Pelagio successit: statuens, ut in posterum nemini ad eum ordinem patéret aditus, nisi uouisset castitatem. Ceterum durum & iniquum esse, ut ad castitatem cogatur, qui non uouerit castitatem: nec ulla culpa commeruerit, ut eò debuerit compelli. At quod hic iniquum uidetur Gregorio, non uisum est iniquum Innocentio tertio, loco quem modò adduximus: qui ita respondet ijs qui obijciebant, præter æquum uideri, coniugem relatum suo iure priuari sine culpa: præsertim cum contumeliosior sit in Christum, qui baptizatus recidit in haeresim, aut in paganismum, quam qui natus ethnicus recusat ad Christi professionem conuerti. Ad hæc, seculis aliquot, han sententiam complexa est Ecclesia Mutinensis, ut qui contraxisset cum Barbara verbis legitimis, & ex animo, sed non intercedente coitur: postea contraheret cum Cornelia, & coitum adiungere, cogeretur priore relictâ, posteriori conuiuere. Id palam rescindit Innocentius Romanus pôtifex, ex diametro (quod aiunt) diuersam pronuncians sententiam: uidelicet priorem esse legitimam uxorem: quod cum posteriore sit actum, adulterium

terium esse, non matrimonium: ut proditum est libro Decre-  
talium epistolarum quarto, titulo quarto, cap. tuas dudum.  
Et eiusdem tituli cap. licet. Alexander tertius indicat suo re-  
scripto, fuisse statutum ac definitum aliquando à prædeces-  
toribus suis, id est Romanis pontificibus, quod in Mutinen-  
si ecclesia damnat Innocentius. Quanto id periculosius,  
quam causa diuortij: & tamen hic decreta pontificum muta-  
uit Romanus pontifex. Ut non commemorem interim,  
quod in causa fidei schola Parisiensis aliquando publicitus  
improbarit Romani pontificis sententiam, eumq; ad palino-  
diam compulerit: si qua fides historijs. Nisi forte fabulam  
tranam esse putamus, quod refert Ioannes Gerson in sermo-  
ne quodam Paschali, de Ioanne pontifice, eius nominis uige-  
simo secundo: qui decernebat, ante diem iudicij non esse pu-  
niendas animas impiorum. quem errorem publicitus explo-  
rit schola Parisiorum, Pontificem adigens ad palinodiam.  
Nec dici potest, hunc errorem priuatū fuisse Pontificis, pu-  
blicum fuisse oportet, scripto, aut etiam decreto uulgatum,  
cum ea res adeo commouerit Galliae regnum.

Mira audacia ac impudentia faciant suæ Ecclesiæ & do-  
ctorum unanimem consensum in ipsorum religione. At con-  
trà, quam horrenda confusio ac dissensio sit in illa abominâ-  
da Babylone, in proxime edito libro de dissidijs Papistarū  
abunde, idq; prolati prolixissimis testimonij ex ipsorum  
proprijs scriptis, euidenter monstrauit.

Idolatriam suarum statuarum tueruntur consensu Caroli  
Magni, & Synodorum in Gallijs & Germania ipsius tempo-  
re celebratarum. At contrà nunc extat prolixus & erudi-  
tus liber ipsius, editus in Gallijs, in cuius præfatione abunde  
indicatur, quam sit certus & planè autenticus: in quo acerri-  
mè idolatria istare darguitur: probaturq; statuas non lych-  
nis, non suffitu, uestitu, aut geniculationibus honorandas  
esse.

Celebrant Pape septimam Synodum, quam uocant secū-  
dam Nicenam, in qua adoratio cultus q; statuarum assertus  
anetus h est.

## 53 MENDACIORVM PAPISTICORVM

est. Quin etiam illam adiunxerunt reliquis concilijs, ut saeculo sanctam, unā cum uarijs Adriani pontificis decretalibus epistolis, ipsam approbantibus: cuius quoq; legati ei interfuerunt, omnesq; illas deliras impiasq; actiones & leges cōprobarunt. At contrā plures historici testantur, Franckfordensem synodum à Carolo Magno celebratam, condemnasse illud idololatricum conciliabulum: ubi etiam prædictus Caroli Magni liber cōpositus est. Vide plenius meum Catalogum testium ueritatis: uel potius lege eum ipsum librum, reperies ibi non pauca expresse, non solū contra Synodum, sed etiam contra illas ipsas Adriani papæ Bullas a cērrimè scripta esse.

46 Poeticos sanctos, ut Christophorum, Catharinam, Georgium, & alios, manifestum est nunquam extitisse: quum illo rūm sanctorum, & etiam undecim mille Virginum, etiam Melchior Canus, episcopus Hispanus, in suis Locis cōfuit hisce uerbis: Si qua historia Theologo probanda est, ea erit maximè, quæ omnium Ecclesiarum ore celebratur. At eiusmodi multæ nullam faciunt prorsus in Theologia fidem. Et enim ut ea prætereamus, quæ ridiculè & false de Cirico & lulita, de Gregorio, de Catherina martyre, deq; imdecim mille Virginib; referuntur: certè historia Thomæ apostoli apocrypha & commenticia est, non solum Galesio 15. distin. cap. sancta Romana, sed etiam Augustino lib. 22. con. Faust. cap. 79. & libro unico aduers. Adimantum, cap. 17. & lib. 1. de ser. Domini in mon. cap. 38. His adde Marthæ & Mariæ Magdalena fabulam, quæ narrat, ad Mariam quidem Magdalum ad Martham uero Bethaniam sorte hæreditaria peruenisse: cum contrā scribat Iohannes, Bethaniam castellum Mariæ Marthæq; fuisse. Item ea historia reliquas uide exellere, quæ à suminis pontificibus probata est. Cōstantini uero donatione, lepra, baptismus, sanitas, nō modò historijs celebrant Ecclesiæ: uerū etiam per summos pontifices approbant. Athæcacia esse omnia, multi uiri doctissimi contenterunt.

At papistæ. &c. ut iste Episcopus dicit, omnes Ecclesiæ celebrant

lebrant tales sanctos, quin etiam nunc colunt, adorant & invocant. De qua re à pluribus hoc tempore contra eos scriptum est, ut nunc nostra opera in ea re sit planè superflua. Memorabile sane est, quod iste episcopus confitetur tum eas historias quæ ab omnibus ipsorum Ecclesijs celebrantur, tum etiam multas quas Papæ confirmat, uanissimas & falsissimas esse. An hoc non est, mendacia regnare in istorum Ecclesijs, & Pontificum decretis?

Inferos, omnemq; eorum politiam, & animarum ibi supplicia ita accurate ociosæq; depingunt, ut si ibi diutissimè uixisserent, & omnia per summum oculum spectassent. Superant igitur in ea parte longissimè suos præceptores, Homerum, Virgilium, & Dantem, à quibus id dicerunt, quando omnia multo accuratius & plenius describunt.

Fingunt, immò audacissimè uociferantur, patres, concilia, & omnem uetus statem, sic sensisse, ut ipsi nunc sentiunt, & istam ipsorum portentosam Chimæram idolatriæ inde à Christo usq; ad nostra tempora durasse. Quos ipsorum proprii scriptores (ut Innocentius 111, & Platina in Sixto, Polidorus, alijsq; innumeri) redarguunt, testaturq; olim Christianam religionem simplicissimam fuisse, & paucissimis ceremonijs contentam. Narrant quoq; illi, & alijs plurimi authentici istorum magistri, quæ pars religionis eorum quoq; tempore & à quo inuenta institutaq; sit. Nempe constat, istos quatuor Mendicantium ordines intra 400 annos primùm exortos esse: quibus nunc demum accessit iste quintus imperium Iebusitarum. Constat quoq; Indulgentiarum capitationem, in qua hisce 200 annis prora ac puppis Christianæ salutis ab istis constituta fuit, intra trecentos annos à Bonifacio 8. ex cogitatas. Constat deniq; communionem sub una specie primùm ante 100 annos decretam esse. Verum quā longè alia religio olim in Ecclesia fuerit, q; nunc sit: & quomodo sensim istæ abominationes papisticæ pullulauerint, creuerintq; in ista ipsa nostra Ecclesiastica historia abunde ostenditur, citatis semper testibus. Quantæ igitur tandem ins-

60 MENDACIORVM PAPISTICORVM  
pudentiæ est, ita etare uetus statem religionis, & Apostolis ipsiç Christo abominationes istas tribuere:

49 Ne tamen omnem uetus statis laudem istorum religioni detrahamus, concedere sanè cogimur, multa istorum inuenta uel à Iudaicis ritibus uel à paganis abominationib. desumpta esse: quod non tantum nostri scriptores hoc tempore indicarunt, sed etiam Polydorus in libris de Inuentoribus rerum, qui unus ex ipsorum cohorte fuit, nec potest suspectus testis haberi. Sunt igitur sanè apud eos aliquæ partes cultuum uetus, sed non à Christo sumptæ, ut isti fingunt, uerum ab Ethnicis idololatrijs porissimum mutuò acceptæ, paululum immutatis nominibus.

50 Iactant se istorum sacrifici Apostolorum successores. At contrà respice, Christiane lector, consonantiam ipsorum ordinationis aut initiationis seu functionis, mandatiç ipsi traditi, cum eo mandato & officio quod Christus suis iniunxit. Ille enim ablegans suos Apostolos, dicit: Ite, & prædicate penitentiam & remissionem peccatorum, in nomine mei sacrificij aut passionis: & baptizate. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. At Papæ & Episcopi, ordinantes suos sacrificios dicunt: Ito, do tibi (sunt ipsorum propria uerba) potestatem sacrificandi pro uiuis & mortuis, & pro peccatis totius mundi. Qui multas Missas sibi dicí curauerit, multasq; indulgentias à Papa emerit, salu⁹ erit. Hinc tu, Christiane Lector, expende, quam foedum & palpabile mendacium sit, quod isti sacrifici sint Apostolorū successores: aut similificatione, ut illi, defungantur. Considera hanc rem a tenté Christiane lector. Nam ex mandatis aut functione ministriis religionis traditis, tota religio dependet: ut si illa sint diuersa, etiam religionem fieri agi ure ab eis diuersam necessariò sequat̄. ut si herus alij seruo dicat, Purga mihi stabulū: alij, Coque mihi cibum, nimírum necessario ipsorum actiones plurimum uariabunt.

51 In Centum graueminibus Papæ à principibus Germanie obiectis, & exhibitis in comitijs Norinbergi Anno 1523, in-

ter alia foeda mendacia & iniurias plus quam tyrannicas, illud quoque illi obijicitur: quod iam longo tempore immensam pecuniam exegerit sub nomine Annatarum, affirmando quod eam uelit in bellum contra Turcum insumere, quod tamen nequaquam fecerit. Quare debere eum desinere ulterius ecclesiastis tali mendacio expilare. Cogita qualis ueritas aut ueracitas ista tandem sit, sub praetextu pietatis ac boni operis fingendo ac mentiendo, non unum uel alterum florenum rapere, sed multa centena millia uel potius millions afflictissimis Christianis furari, & in suas Epicureas & Sodomiticas uoluptates insumere. Hæc est istanum harpyiarum ueracitas, uel uerius uoracitas. Sic illæ pascunt & tendent, aut potius deglubunt ac deuorant oves Iesu Christi.

Illud uero ingens, ineffabile, & prorsus extremè sacrilegum <sup>12</sup> mendacium est, quod libro Decretalium primo, & distinctione <sup>13</sup> dicunt: tum sacerdotium, tum legislationem, à Christo in Petrum, & inde porrò in Papam translatam esse. Vide ibi textum simul, & Glossas. Hac profectò ratione prorsus desinit Christus esse sacerdos in æternum: desinit eius sacrificium perpetuò ualere, & plenam consummatamque salutem miseris mortalibus conferre: denique desinit Christus esse unicus magister, & omnino totum Euangeliū ac sacra scriptura abrogatur: solumque restat ut Papa leges condat quales uelit, omnesque eum audiānt. Hoc profectò non dicitur à me odio quadam, sicutē: sed re ipsa ita in Papatu actum, praxiisque in Ecclesia obseruatum est. Nam ante præsentem instaurationem uerè pietatis, sacra Biblia planè ignota abiectaque sub modio, aut (ut vulgo dicitur) sub scandalo facebant: & tantum Decreta ac decretalia, seu ius Pontificium, eiusque Bullæ audiebantur, & planè adorabantur. Hoc uero plus quam diabolico mendacio, Antichristus nefarie deturbauit Christum de se de sua, scilicet in eius locum in templo ipsius audacissime collocauit.

Quomodo non esset religio papistica mendacijs refertissima, cum neglecto unico ueritatis thesauro, aut fonte, nem-

## 62 MENDACIORVM PAPISTICORVM

per uerbo uiuentis Dei, hominum traditiones & sanctiones sequatur, de quibus dicit Spiritus sanctus: Omnis homo mendax. Quin etiam pleraque in ipsorum religione de Missis, Purgatorio, Indulgētijs, & redimendis animabus à spectris, ut ipsorum proprij libri testantur, didicerunt. At scimus spectra esse ipsos metu diabolos, qui sunt patres mendaciorum, teste Christo fueruntque inde ab initio mandaces & homicide.

54 Quām fœdum autem, & plus quam diabolice impudenteria plenissimum est illud, quod dicit Decretum papale, non esse fas arguere Papam, etiam si adeò male uiuat ac doceat, ut innumerās animas secum cateruatim in æternū exitium absorbiat. At contrā ipsemet Deus ad homines dicit, Iudicate inter me & uineam meam. & filius Dei dicit, Quis potest me arguere de peccato?

55 Quiduerò potest esse uanius, & de mendacijs magis suspectū, quam quod omnia iura ac priuilegia quae in iure pontificio pro autoritate ac potestate iactantur, ab ipsos metu Papis de cœta fancitatem sunt: Tantum enim legis: Sic hic, sic ille Papa de sede Romana pronūciauit, aut decreuit. Quis autem dubitat, quin si ipsemet infernalis cacodæmon deberet sibi regnum priuilegijs stabilire, nihil esset contra se pro ueritate decreturus? Hoc uero superat illud uetus prouerbium, Domesticus testis. Quis igitur dubitet, omnia illa esse emētita?

Innumeriuero Papæ sese inuicem damnarunt: ac saepissime successores nō tantum resciderunt de cœta suorum antecessorum, sed etiam ipsos anathematizarunt, atque adeò etiam ex sepulchris effoderunt: ut ipsorum proprius scriptor Platinus testatur. Quomodo ergo eorum de cœta & constitutions non essent falsitate & erroribus plenissimæ? Verum age ascribamus eximium locum cuiusdam ueteris Remensis synodi, de Paparum erroribus, inscitia ac sceleribus, quem etiam antea doctissimus vir Andreas Friccius Polonus citauit. Codicem ipsum peruetustum membranaceum, eleganterque scriptum proferre possum.

O lugenda Roma, quæ nostris maioribus clara patrum lumina

Iumina protulisti, nostris temporibus monstruosas tenebras, futuro seculo famosas offudisti. Olim accepimus claros Leones, magnos Gregorios. Quid dicam de Gelasio & Innocentio, qui omnem mundanam philosophiam, sua sapientia & eloquentia superant? Longa series eorum est, qui sua doctrina mundum repleuerunt. Eorum itaq; dispositio-  
ni, qui vita merito & scientia cunctos mortales anteiret, re-  
cte uniuersalis Ecclesia credita est. Quamuis & in hac ipsa fe-  
licitate, hoc priuilegium tibi ab Africanis episcopis contra-  
ditum sit: has credo, quas patimur, miserias magis quam ty-  
pum dominationis formidantibus. Nam quid sub hæc tem-  
pora non uidimus? Vidiimus Iohannem cognomento Octa-  
uiianum, in uolutabro libidinū uersatum. Etiam contra eum  
Otthonem, quem Augustus creauerat, coiurasse, quo fuga-  
to, Leo Neophytus in Pontificē creatus. Sed Otthonē Cæ-  
sare Roma discedente, Octavianus Romam reddit, Leonem  
fugat, Iohannem Diaconum naso dextrisq; digitis ac lingua  
mutilat: multaq; cæde primorū in urbe debacchatus, in bre-  
ui moritur. Cui Benedictum diaconum, cognomēto Gram-  
maticum, Romani substituit. Eum quoq; Leo Neophytus  
cum suo Cæsare nō longè postaggreditur, obsidet, capit, de-  
ponit, perpetuoq; exilio in Germaniā dirigit. Succedit Ot-  
thoni Cæsari Cæsar Otto, nostra ætate cunctos príncipes  
armis, consilio ac scientia superans. Succedit Romæ in pon-  
tificatu horrendum monstrum Bonifacius, cunctos morta-  
les nequitia superans: etiam prioris Pontificis sanguine cruē-  
tus. Sed hic etiam fugatus, atque in magna Synodo damna-  
tus, post obitum diuī Ottonis Romam reddit: insignem ui-  
rum Apostolicum, Petrum Papiensis ecclesiæ prius antistiti-  
tem, data sacramentorum fide, ab arce urbis dehinc, deponit,  
squalore carceris affectum perimit. Num talibus monstris  
homínium, ignominia plenis, scientia diuinarum & humana-  
rum rerum uacuis, innumeros sacerdotes Dei, per orbē ter-  
rarum scientia & uitæ merito conspicuos, subiici decretum  
est: Quid est hoc, Reuerendiss, patres? uel quo' nam uitio-  
fieri?

## 64 MENDACIORVM PAPISTICORVM

fieri credendum est, ut caput Ecclesiarum Dei, quod in subli-  
me erectum, gloria & honore coronatum est, ita in infima de-  
fectum, ignominia & dedecore detur patatum sit.<sup>57</sup> Nostrum,  
nostrum est hoc peccatum, nostra impietas: qui querimus  
qua nostra sunt, non qua Iesu Christi. Si enim in quo quis ad  
episcopatum electo, morum grauitas, uita meritorum, diuina  
rum a humanarum rerum scientia subtiliter inuestigantur:  
quid in eo qui omnium episcoporum magister uideri appe-  
tit, inuestigandum non est? Cur ergo in summa sede sic infi-  
mus constituitur, ut etiam in Clero nullum habere locum di-  
gnus inueniatur? Quid hunc, reverendi patres, in sublimis o-  
lio residentem, ueste purpurea & aurea radiatam, quid hunc  
inquam esse censeris? Nimirum si charitate destituitur, solaq;  
scientia inflatur & extollitur, Antichristus est, in templo Dei  
sedens, & se ostendens tanquam sit Deus. Si autem nec chari-  
tate fundatur, nec scientia erigitur, in templo Dei tanquam  
statura, tanquam idolum est: a quo responsa petere, marmora  
consulere est. Quod ergo consultum ibimus?

<sup>57</sup> Rescindunt iuramenta pro arbitrio, & quos uolunt a suis  
iuramentis absoluunt. Quin etiam saepè subditos Cæsarum  
& regum, Principumq; pronunciarunt esse liberos a suis iu-  
rametis, atq; adeò excommunicarunt eos, si foedifragi esse no-  
uerunt. Sic non tantum subditos, sed etiā filios in patres: ut  
Heinricum v, in quartum, uirum omni uirtute longè presta-  
tissimum perfide sacrilegeq; armarunt. An' non est istud no-  
tantum mentiri, sed etiam officinam quandam mendaciorum  
ac periuriorum præstare?

<sup>58</sup> Simplex quidem, sed tamē minimē vulgare aut leue men-  
daciū dicatur, quod Pontifex pronunciauit, marito inno-  
centi post iustum diuortium non licere denuò contrahere.  
At Gregorius in suis Decretalibus lib. 4, titul. 19. etiam Ca-  
nonem Vuermariensis, aut (ut alijs habent) Euormaciensis sy-  
nodi citatū falsauit. Cum enim hoc modo propriè legatur,  
lib. 6. Decreti Burcardi: Si qua mulier cum alijs uiris in mort-  
uum mariti consiliata est, & ipse aliquem illorum se defenden-  
do

do occiderit, potest (ut nobis uidetur) ipsam uxorem dimittere: & si uoluerit aliam uxorē accipere. Ipsa autem insidatrix pœnitentiae subiecta, absq; spe coniugij maneat. Ille sanctiss. pater inseruit: Potest ipse POST MORTEM UXORIS, si uoluerit, aliam ducere. Quid necesse erat de ea re canonem condī, cum planè nullum sit, fuerit q; unquam, dubium, altero coniuge mortuo, uiuenti licere cōtrahere: ut corruptela sit prorsus palpabilis. Vide artificium istorū sanctissimorum falsariorum, & mendacium seductorū. Eodem modo eundem canonē habet & Reginonis Decretum, sicut Burcardus.

Audet Papa cum suis seductoribus asserere, se habere diuinio iure utrumq; gladium, seu administrationē totius mundi. Quod mendacium uel ex eo propalām coargui potest, quod id officium prorsus impossibile est, etiam summo aliqui angelo, nedum mortali homuncioni. Quod si omnino habet, pessime certe sua functione fungitur, meritoq; sceleratus haberi debet, quod non expūgnat Turcum, Moscū, Taratos, & omnes tyrannos per orbem terrarum, eosq; ad iusticiam pietatemq; colēdam, & ad suorum sanctissimorum perdū oscula uolentes nolentesq; compellit.

Iactant Pontificij adulatores, suum illum Thrasonem esse supra omnia Concilia. Si est supra omnia Concilia, siq; et rare prorsus non potest, cur cōgregat nunc cōciliabula suas? Frustra (ut dicunt ipsius Canonistæ) uel stulte potius sit per plura, tantoq; labore & sumptibus, quod potest fieri per pauciora.

Sylvius scribit, Episcopos adeo obstrictos esse arctissimis iuramentis Papæ, ut etiam uera dicere contra illum, sit contra ipsorum iumentum. Quid obsecro potest magis nefarium dici? An' non est illud regnum tenebrarum, iniusticæ, & mendaciorum? Quām potens sit spiritus mendacijs in ista Babylone, uel ex eo cernatur, quod etiam iij qui antea eorum scelera & abusus acerrimè taxarunt, mox ut acceperunt mercedem iniquitatís canonicatum aut

66 MENDACIORVM PAPISTICORVM  
prælaturam aliquam, protinus contrarium uociferari cœperunt.

67 Contendunt papistici seductores, omnia concilia hactenus à papis conuocata esse, idq; esse eius proprium munus. At contrà id mendacium tum Sylvius & Cusanus refutat, & nos in protestatione contra concilium prolixius redargimus plurimis veterum testimonij.

68 Conantur item Pontificij parasiti omnibus persuadere, papam, aut eius legatos, omnibus concilijs præsedisse hactenus, eaçq; rexisse. At contrà legantur historiæ, & concilia ipsa reperientur plerumq; aut Cæsares ut in Nicena: aut eorum aliqui præfecti, ut in Chalcedonensi: aut alij episcopi, ut in Constantinopolitanis & Carthaginensibus, præsedisse. Sic mendacijs suis historias corrumpunt isti sanctissimi Antichristi, cum suis parasitastris.

69 Confessionē auricularem asserunt Papistæ à Christo mandatam, & planè iuris diuini existere. At contrà uide eorum propriam glossam Canonis, quæ contrariū testatur. De pœnitentia distinct. 5. cap. in poenitentia, sic dicit: Sed melius dicitur, confessionem institutam fuisse à quadam uniuersalis Ecclesiæ traditione potius, quam ex noui aut ueteris Testamenti autoritate. Item ibidem: Ergo necessaria est confessio, in mortalibus apud nos (Latinos) apud Græcos non, quia non emanauit ad illos traditio talis. Hæc ille.

70 Clamat pontifices in suo sordido & uenenato iure, se habere ius dispensandi contra Apostolum & Euangelistam. Contrà uero filius Dei, qui est unica uia, ueritas & uita, solusque est uerus magister, aut præceptor noster, dicit, Cœlum & terram potius & citius corruitur, quam unicum apicem aut iota de uerbo Dei aut sacris literis. Sic ille nomine uiuentis Dei cœlitus tonat, siram doctrinam usq; ad minimum apicem immotam indisponsabilemq; existere. Contrà papam contendit, se habere potestatem, eam dispensandi.

71 Versionem vulgatam hactenus contenderunt aduersarij Hieronymi esse, omnique errore carere. Idem iam quoque in

in concilio asseruerunt: & insuper anathematizarunt aliter sentientes, aut in ea uersione non per omnia acquiescentes. Istorū uero utrumque non modo crassum mendacium est, (nam Hieronymus multa reprehendit & emendat in suis cōmentarijs, quæ iam in ista uersione leguntur. Præterea palpabiles errores eius uersionis, omnibus, uel utcunq; linguarū gnarisi, passim sunt obuij: testanturq; de eis non tantum nostræ, sed & ipsorū religionis homines) uerū etiam est quasi quædam officina errorum ac mendaciorū: utpote quæ nobis ipsum fontem ueritatis, sacras literas, obscurat, & quasi prorsus adimit, dum ueros eorum fontes consulere ac se qui non concedit. An uero ista non est plus quam Antichristia na audacia, talia de uiuentis Dei uerbo cum contumelia nominis ipsius, & summo Ecclesiæ Christi damno decernere?

Albertus Pighius edidit librum; quo aliquot istorū con-  
cilia, quæ ipsi pro authenticis uendant, redarguit ut falsa  
ac suppositicia. Qualia plurima esse in eorum librīs, quis du-  
bitat?

Constat Erasmū, cum patres suo nitori restituere, & mul-  
ta adulterina damnare, ac ab eorum scriptis submouere est  
conatus, grauissimè fuisse à pluribus episcopis & Theologa-  
stris, præsertim sophistis, accusatum & admonitum, ut ab in-  
stituto desisteret: nihil illorum suppositiorū scriptorum,  
aut insertorū submoueret. Adeò sua falsa suppositiciaq; com-  
menta dilexerunt, ut quae regnum ipsorum constabilirent.

Notum est omnibus, Antichristum, eiusq; seductores, 69  
extremè odisselinguas, omnesq; meliores literas, & præser-  
tim ueram historiarum rerumq; gestarum expositionem: ea  
nimirum de causa, quia sic uident suas tenebras errorum &  
imposturarum talí luce coargui & cōfundī. Ea est causa, cur  
nunc tantopere isti nostræ historiæ sint infensi.

Expendat Christianus lector uel illam unicam fraudem, 70  
perniciosumq; mendacium, quod ubi cunq; potuerunt in ue-  
teribus scriptis, præsertim ex Græco uersis, impiæ suæ Mis-  
se nomen infarserūt. Quod in Ecclesiastica & Tripartita hi-

istoria aliquoties deprehenditur: ubi in Græco est propriæ cœtus congregare, aut conciones habere. Quo mendaci ad miniculo impietatis, etiam Sidonius in suis concionibus libentissime abusus est. Huc adiice etiam corruptelas Dionysio insertas, de oblatione: quas in libro contra Fabrum de Missa coargui, quæcꝫ in Græco textunon habentur.

- 21 Si uellem eorum mendacia recēdere, quæ in corruptauerione sacrarum literarum arripuerunt, & mordicūs retinuerunt, nimis prolixū opus mihi ex crescere. Pro exemplo unum aut alterum dictum proponā, ut sunt, Ipsa mulier conteret caput serpentis: cum in Græco & Hebræo multisq; partibus (ut est Irenæus, Iustinus, Clemens, Epiphanius, & nō pauci alij) habeatur, Ipsius semen. Quinetiam eorum proprij Saltzburgenses Missales, idem habent in sequētia secunda feriae Paschæ. Tale est illud Gen. 48. Inuocetur nomen tuum super puteros istos. & illud Gen. 14. Melchisedech ob tutulit panem & uīnum, quo uolunt stabilire suam Missam. In hoc tamen ultimō, etiam eo impudētiis mendacium est, quod nec uulgata quidē, nedum Hebræa Biblia habet, Ob tutulit: sed tantum, Proferens. Innumera huiusmodi istorū mendacia, in corrumpendis sacrī literis deprehendas.

- 27 Notum est, librum Legendarum aut Vitarum sanctorū, in tanto fuisse usū ac ueneratione, ut decuplo magis manib. hominū tereretur, quam sacrosanctus Euangeliorum codex. At o bone Deus, quam infinita, quamq; impudentissima mendacia ibi cōtinentur! Quare ipsorū proprius sym mista Ludouicus Viues Hispanus, grauiter eam damnans ait: Sed fortassis hæc, quamuis grauia, tolerabilia fuerint. Quale est, in res sacras hanc quoq; licentiam mentiendi irre plisse, seu potius apertè esse inuictam: ut quæ traduntur de lepra Constantini, & balneo sanguinis puerilis, de lepra Vespaniani, de Gamalièle, de Beronice, de actis Christi & diuæ Virginis. Clamamus & latramus ad minora, cōnueimus ad hæc: quæ si in manus impiorum hominum ueniant, sanctissimam & grauissimam nostram pietatē ridiculam illis & exibilandam

bilandam reddiderint. Nec in rebus propinquioris memoria tradēdis sumus religiosiores. Et mox: Nec in actis sanctorum scribendis maior est ueritatis custodia, in quibus omnia oportebat esse exacta & absoluta: unusquisque eorum acta scribebat, ut in quenque erat affectus: ita ut animus historiam dictaret, non ueritas. Quām indigna est dūtis & hominibus Christianis illa sanctorum historia, quæ Legenda aurea nominatur: quam nescio cur auream appellant, cum scripta sit ab homine ferrei oris, plumbei cordis. Quid fœdius dici potest illo libro? O quāmpudendum est nobis Christianis, non esse præstantissimos nostrorum diuorum actus, ue-rius & accuratius memoriam mandatos.

Iam amplius mille annis Papæ Romani exteris nationib. 71  
ac satrapis, reliquias (uti uocant) sanctorum, ingenti pecunia uenditarunt. Quis uero dicere certò possit, post tot secula hoc esse huius aut illius mortuos, articulum, digitum, manum aut corpus, uel panniculum uestimenti: cum & res ipsæ aut particulæ cadauerū nequaquam tamdiu durare queant: & ut durarent, tamen tam uariæ bellorum ac motuum & aliarum mutationum turbæ, obliuio & mortes hominum conturbent, permisceant, ac confundant omnia. Quis regum aut principum cum omnibus suis sapientibus nunc dicere possit, hoc esse cadauer huius aut illius mei antecessoris, ante 500 annos mortui, nedum ante mille? Cūm tamen illorū cadauerā maiori quadam diligentia, & in locis celebrioribus recondantur, minusq[ue] temere eorum sepulchra moueantur. Vix ipsæ magnæ ciuitates, aut etiam gentes ac prouinciae, post tot secula agnoscuntur, sua uerba nomina retinent: nedum putria cadauerā, quæ uel intra uiginti annos planè computrescunt, ac in terram resoluuntur. Quis etiam in illis tristissimis ac cruentissimis turbis persecutionum, tam diligenter obseruauit, ubi nam cuiusque martyris cadauer possum est, aut quomodo ab alijs cadaueribus aliorum hominū ibidem sepultis discernendū fuerit, ut istis fumiūdēs, religionemq[ue] cauponātibus sacrificis, post tot secula indicaret, quod nam

## 70 MENDACIORVM PAPISTICORVM

ossiculum sit huius aut illius homuncionis? Quare confugiunt ad somnia aut spectra, aut potius evidentissima mendacia: esse nempe huic aut illi uetulæ aut monacho in somnijs reuelatum, esse huius aut illius sancti corpus: imitantes nimirum Poetas, qui narraturi aliquid de rebus uerustissimis, Musas sibi narrare iubent. Quanta avaricia & ambitione furiati fuerint Pontifices Romani, cum ex alijs innumeris historijs, quarum etiam a meno paucæ sunt in Catalogo testium recitatæ, tum ex cruentissima seditione de papatu Damasi & Vifatij ab Ammiano Marcellino recitata, quæ tempore diui Hieronymi accidit, patet. Quis ergo dubitat, tam avaros, aut potius rapaces homines, sepiissime aliquorum latronum cadaueræ, aut etiam brutorum ossa, istis, quos per contemptum ultramontanos & stolidos barbaros uocant, pro pecunia uendidisse, & adorandos obtrusisse?

74 Sedes Romana se audacissime iactat magistrum fidei, & quæ omnes Ecclesiæ reformauerit. At uide quælo ex ipsius Damasi testimonio, quam ipsamet Romana ecclesia squalida ac deformis amplius quadrinque annis post Christum fuerit. Ascibam unicam eius Papæ epistolam, ex libro Conciliorum: Peto etiam tuam charitatem, ut sicut a reatore tuo Alexandro episcopo nostro didicisti, Græcorum Psalterium ad nos dirigere tua fraternitas delectetur. Quia tantæ apud nos simplicitatis imago est, ut tantum in die Dominica Apostoli epistolæ recitetur una, & Euangeli capitulo unum dicatur: & nec psallentium mos tenetur, nec hymni decus in ore nostro cognoscitur. Peto ergo per fratrem & compresbyterum nostrum Bonifacium, ut lubeat fraternitas tua, rei hujus nobis aperire uestigia. Missa 5. Calendarum Nouembris per Bonifacium presbyterum Hierosolymam.

Vide quam male fuerit deformata Romana ecclesia, defecutus psalmodiae: & quam contraria tota in cantu aut potius boatum ac cululatum sit postea commutata. Et tamen se profiteatur magistrum omnium Ecclesiarum. Testatur Sigebertus, hunc Damasum fuisse grauissime de adulterio accusatum: ut appareat,

## CENTVRIA PRIMA:

71

appareat, eum non tantum seditione ac sanguine ciuiū se pol-  
luisse, sed etiam foedis libidinibus.

Omnia officia in cœlo, ac regimen totius rerum naturæ 72  
mirabiliter distribuerunt Papæ ac Papistæ inter Sanctos.  
Alium præfecerunt rei militari, alium studijs, alium politijs,  
alium rei nauticæ, alium medicæ, aliquos etiam sordidiorib.  
munijs. nam alius eis cogitur sues pascere, ut diuus Anto-  
nius: alius equos, alius boues aut gallinas. An non sunt ista  
portentosissima summa nefandæq; audaciæ mendacia? Sed  
tamen excusari aliquo modo possunt, quia in ea re imitati  
sunt patres eorum gentiles. Quare paululum immutatis no-  
minibus, pro Marte Martinum in curanda re militari substi-  
tuerunt: & pro Apolline, Apolloniam, ut dentes caputq; sa-  
net: Lucia curat oculos, non sine causa, quia sine luce nihil ui-  
deri potest. Sed de hoc genere Papisticorum mendaciorum  
& figmentorum, extant integri iam libri.

Habentur etiam quorundam non inepta scripta, quæ re- 73  
censent, in quām multis locis dicātur esse eorundem sancto-  
rum capita, corpora aut manus: ut multos illorum non tan-  
tum tricipites aut tricorpores, sicut fuit Cerberus aut Geri-  
on, sed etiam decēcipites aut triginta. Quomodo non essent  
innumerā mendacia in istorum Babylonica religionis con-  
fusionē?

Nouorum miraculorum & cultuum nullus est apud istos 74  
finis, quæ iam hæc, iam illa statua facit. Quæ prodigia partim  
dæmonum præstigijs, ut Spiritus Sanctus. 2. Thessal. 2 nos  
præmonuit futurum: partim, & multo magis fraude hominū  
confinguntur. Mox autem ubi spes lucrī ex stulta superstitione  
sacq; plebecula affulsit, properant sacrifici aut monachi ad pa-  
pam, donant multa, ac plura pollicentur. Ibi protinus san-  
ctissimus eas idolatrias benignissimè confirmat, & indul-  
gentias (uti uocant) insuper eo cōfluentibus, & pecunias of-  
ferentibus, largissimè largitur. Notissimum est, hoc esse ual-  
de usitatum in omnibus regionibus, quæ Papam Romanū  
adorant, aut adorarunt. Constat quoq; quotidie deprehē-  
di in-

dī innumera ficticia miracula fraude auarorum sacrificiorum excogitata. Quorum multa etiam sermone & scriptis quoque narrantur. Quid ergo totus eiusmodi cultus aliud fuit, nisi copiosus cento mendaciorum partim humanorum, partim etiam diabolicorum?

78 Indulgentiarum imposturā adeò fuerunt iam ante ducentos annos propalām & à multis doctis quoqe exagitate & cōfutate, testante id Vuesello: ut non pauci etiam Papatui penitus addiceti, eas uocauerint pias fraudes, eo quod homines ad dandas sanctissimo patri eleemosynas excitauerint.

79 Si falsas citationes, imō & falsationes corruptelasqe tum patrum, tum & Scripturæ, quibus sua dogmata asseri, Papæ ac sacrificiū non tantum olim, sed etiam hoc tempore mentiti sunt, ingens planè uolumen mihi conscribēdum esset, & planè innumeræ myriades papisticorum mendaciorum recentendæ. Nunc illud unum sufficiat, quod Siricius papa dicto Pauli (Qui sunt in carne, Deo placere non possunt) probare conatur in sua decretali epistola libro Conciliorum inserta, coniugatos, præsertim sacerdotes, carnaliter uiuere, in cubilibus uersari, Deo non placere, nec deniqe ab eo exaudiri. Huic accedat illud bellum experimentum concilij Tridentini, sessione 6. ubi ex pluribus locis Scripturę unum centonem consuunt, & recitant pro operum iustificatione, tanquam sit unicus Scripturæ locus. Hac igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptam gratiam perpetuò conseruauerint, siue amissam recuperauerint, proponēda sunt Apostoli uerba: Abundate in omni opere bono, scientes quod labor uester non est inanis in Domino. Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius: & nolite amittere cōfidentiā uestram, quae magnam habet remunerationem. Hunc centonem ex pluribus Scripturę locis collectum, isti sacrosancti pastores aut patres, pro una perpetua sententia aut loco Pauli Ecclesiæ Christi obtrudunt. An hoc uulgare mendacium est? Taliā prorsus infinita in istorum scriptis reperiuntur.

Inter:

Inter historica Paparum mendacia non male referri potest, quod in synodo Florentina & alias fingunt ecclesiā Græcam sese illis subiecisse, eorumque primatum super omnes Ecclesiā agnouisse: cum id interdū tantum unus aut alter adulterator, aut pauper donisque corruptus episcopus aut legatus regis Græcorum, suo domino Papæ, ope ob Turcum indigente fecerit.

Iactat iste se esse Episcopum episcoporum, & uniuersalem episcopum totius ecclesiæ Christi. At Gregorius Magnus, quem isti non tantum eruditio[n]is, sed etiam eximiae sanctitatis nomine celebrant, saepius maximaque uehemētia in suis epistolis contendit, eum qui sibi istos titulos dignitatemque usurpauerit, omnino fore ipsissimum Antichristum. Quanta igitur oportet esse ista mendacia, per quæ iste ex episcopo Christi sit ipse met Antichristus, summus filius Dei hostis?

Constat omnibus, qui uel primitis labris historias degustarunt, Papas olim extremè fuisse subiectos Cæsaribus, adeò ut eos suos dominos uocarent, tributa eis penderent, obedientiam eis promitterent: nec ullo modo aut nomen episcopi Romanii aut functionem suscipere auderent, nisi illis comprehendantibus. Sicut autem olim extremè subiecti fuerunt Papæ Cæsaribus, eorumque legibus ac præfectis amplius quam per mille annos, nempe usque ad Heinricum quintum: ita contra idem postea adeò oppresserunt Cæsares, eorumque leges, ut tandem eos sibi iurare, ut infimos uasallos, ac denique (prohibitum ac pudor) foedissimis ipsorum pedibus oscula figere compulerint. Qualibus ac quam infinitis fraudibus, mendacijs ac uiolentijs putas tantā rem, tamque admirandā mundi metamorphosin, ab istis sanctissimis patribus actam peractamque esse? Longissimum opus, narratio omnium illarum fraudum, mendaciorum ac uiolentissimorum facinorum requireret. quam horrendam tragœdiām quia Carolus Molanus quadam oratione perstrinxit, fini eam huius Opusculi adiiciemus. Vide etiam Anamnesin D. Simonis Schardij.

Recte inter historica mendacia Papæ recensere possis, sed quod.

## 74 MENDACIORVM PAPISTICORVM

quod non raro suis conciliabulis & aulae actionibus ac legationibus adhibet quosdam uaferrimos sycophantas, & desperatissimæ maliciæ nebulones: quorū alium uocat episcopum Nicenum, alium Damascenū, aut Alexandrinum, aut Tripolitanum (qualis etiam fuit noster Sidonis episcopus) qui nec uiderunt, nec adire cogitarunt ea loca, ut sic inanib. laruis ac titulis rudi plebeulæ imponeret, quæ putaret reue ra Episcopos totius mundi ad eum cōfluere, eumq; adorare.

84 Edita est à Lutheru, pia memoriar, quædam uetus explicatio super Apocalypsim, in qua testatur author, se, cum ea scriberet, fuisse in carcere, & catenis, ueritatis & reprehensæ impietatis pontificiæ gratia. Narrat etiam summa diligentia, eo tempore, & prioribus quoque saepius conquisitos esse libros & scripta omnis generis illorum, qui contra Papam eius uerum clerum aut errores quoquo modo pugnarēt. Idem abunde etiam ex historijs & eorum proprijs inquisitionibus patet. Decreta quoq; & constitutiones ipsorum iubent, omnia ipsis aduersa scripta abolere. Hoc modo, dum priora acta, omniaq; scripta, papisticos errores & mendacia pate facientia abolentur, non in una aliqua re aut narratione mentiuntur: sed quod in ipsis est, abolita luce ueritatis, omnibus mendacijs erroribusq; liberum regimē in Ecclesia Dei constabiliunt. Sed id agunt egeruntq; ea arte, ut misera imperiataq; ueri posteritas ipsis seruiliter planè obediret, putas semper eandem formam religionis uiguisse, & ab omnibus adorata esse.

85 Reperit Theodoricus Niemus secretarius, multo tū parum, dum esset cum Iohanne XXIIII Floretiæ, uetus pri uilegia Cesaribus aliquot à papis redditia: que ut antea à pontificijs occultata fuerant supprimendæ ueritatis gratia, ita postea quoq; sunt occultata. Sed cum duo eorum exemplaria unā cum commentatione aut expositione prædicti Niemi repererim, euulgauī ea in meo Catalogo testimoniū ueritatis, & suprà etiam apposui.

86 Electio episcoporū fuit antea, inde à Christo usq; abhinc

300 annis, in potestate non solum cleri, sed etiam plebis eiusdem ciuitatis, cui Episcopus fuit eligendus: quod plurimis testimonijis historiarum & Canonum diplomatumq[ue] proprio libello, qui meo Catalogo testium ueritatis in fine est adiunctus, demonstrauit. Idius easq[ue] historias & Canones, Papa cum sua farinæ sodalibus suppressit: & ad se se totum idius mendacij ac uiolētia rapuit, nisi quod parum adhuc aliquid paucis q[uod] uibusdam Canonicis concedit.

Illud sanè tetur & pestilens mendacium est, quod cum 87 epistola ad Hebraeos dicat, multos sanctissimos viros uiolētia mudi pulsos oberrasse in deserto, in pellib[us] ouinis & caprinis, in omni egestate ac difficultate: isti seductores fingunt, eos sua sponte ac pietatis gratia talem uitam suscepisse, ut sic scilicet suis impietatis & erroribus, hypocrisi[que] monastice aliquid patrociniū ementitis exemplis compararent.

Innumera mendacia conciliabulī Tridentini: ut quod dicunt fuisse liberum, universale aut oecumenicum Christianum in Spíitu sancto collectū & rectum, aliaq[ue] hisce similia, quae deo papistici scriptores narrant, & ipse titulus iactat, nihil attinet seorsim uel recensere uel refutare. Satis id factum est in proxima nostra protestatione. Constat sanè, non fuisse ibi liberum Episcopis, legere nostrorum scripta. Constat, nostros qui eò uenerant anno 1552, non esse ullo modo ad legitimam auditionem, nedum ad dicendam sententiam admissos. Constat quoque Episcopis non fuisse liberas sententias: sed quosdam inde electos, qui parum quid liberius hincere ausi fuerant. Quod v.d. Petrus Paulus Vergerius, episcopus Iustinopolitanus, meusq[ue] popularis, p.m. abunde ostendit, & alijs, editis scriptis. Sleidanus quoq[ue], qui nomine Argentinensis ciuitatis ei congregatiōni interfuit, idem testatur: qui illum quoq[ue] memorabilem, istorumq[ue] mendacia patefacentem iocum Tridenti iactatum recitat: quod licet uarijs monachorum rixis & disputationibus legati occupati fuerint, simulauerintq[ue] se condere decreta, tamen nunquam sit quicquam publicatum, donec Roma Veredarius nō ueniret,

## 76 MENDACIORVM PAPISTICORVM

niret, Canonesq; à sanctissimo afferret. eoq; uulgò iactatū esse, Patres in publicandis canonibus moram trahere, & expectare donec sp̄ritus sanctus in mātica Roma per postam adueniat, Canonesq; condat. Sic libera, sicq; Christiana concilia multa hactenus fuēre: quod Gallicus legatus in solenni oratione Tridenti recitata anno 1563, testatus est.

- 89 Actum sudatum' que multum fuit, non tantum à nostris Princípib; sed etiam ab ipso Carolo Cæfare, ut daretur nostris hominib; sufficiens saluus conductus, utq; admittetur illa norma disceptandi & inquirendæ ueritatis in præsentibus controversijs, quam olim concilium Basiliense comprobauit: nempe ut omnia secundum uerbum Dei iudicentur, & patres tantum eatenus audiantur, quatenus suas sententias sacris literis probant: quam hīc ad uerbum adscribā.

Lex diuina, praxis Christi, Apostolica & Ecclesiæ, una cum Concilijs & Doctoribus fundantibus se V E R A C I T E R I N E A D E M pro uerissimo & indifferēte iudice in hoc Basiliensi concilio admittetur. Hanc unicam normā ueritatis cum admittere noluerint, nimirū suis errorū mendacijs liberum campum in concilio esse uoluerunt.

- 90 Celebre dictum iam longo tempore fuit, etiam inter papistas, multos inuocari in cœlo, quorū animæ ardeant in inferno. Quo dicto ipsimet suorum Paparum canonizatiōnes sanctorū, cum acceptis pecunijs quoſuis monachos aut alios inter diuos retulerunt, ut falsissimas redarguerunt. At talibus mendacijs falsarum narrationū, de illorum sanctitate, & canonizationum ultra modum impietas idolatria q; papistica aucta est.

- 91 Septem pluresq; gradus in ordinandis aut initiandis suis sacrificiis habent, quos comicos progressus aut histrionum actus solummodo decipiendę plebeculæ gratia adhibent, ut sentiat ingentem dignitatem oportere esse sacrificorum, ad quam per tot gradus ascendatur, cum illis functionibus aut ministerijs minimè perfungantur. Insuper etiam (quæ est istorum impudentia) singūl̄ Christum habuisse omnes illos ordines,

ordines, & diversis temporibus illis functum esse. Quod es-  
se uanissimum mendacium, uel ex eo apparet, quia illa histrio-  
nica nugamenta sero tandem in Ecclesiam inuecta sunt. Ut  
uerò tanto magis istorum figmenta innotescat, sic illi recen-  
sent ordines Christi: Christus fuit Ostiarius, quando uendē-  
tes acementes eiecit, & dixit, Ego sum ostium. Christus fuit  
Lector, quando Esaiā in Synagoga legit. Christus fuit Exor-  
cista, quando de Maria septē spiritus eiecit. Christus fuit A-  
colytus, quando dixit: Ego sum lux mundi, qui me sequitur,  
nō ambulat in tenebris. Christus fuit Subdiaconus, quando  
in Cana Galilaea de aqua uinū fecit. Christus fuit Diaconus,  
quando suum corpus & sanguinem proprijs manibus in Cœ-  
na dispensauit. Christus fuit Sacerdos, quando panem & ui-  
num in corpus & sanguinem suum conuertit. Christus fuit  
Episcopus, cum Apostolis manus imposuit, dicens, Accipi-  
te Spiritum sanctum, &c. Sic uidemus Christum (si dijs pla-  
cat) fuisse perfectum clericum Romanisticum.

Fingunt Petrum ideo Antiochia (ubi dicunt eum septem 93  
annis episcopatu functum esse) Romam profectum, ut eō su-  
am sedem transferret, ibique fieret episcopus. At omnes isto-  
rum propriæ historiæ testantur, eum solum ideo Romam p-  
fectum, ut Simonem Magum, ex Syria profligatum, & Ro-  
mæ homines dementantē, ibi quoque expugnaret. Eodem  
pertinet, quod historiæ dicunt eum citō inde Alexandriam,  
& porrò in Asiam abiisse, Romæ Linum, aut (ut alij uolunt)  
Cletum, uel etiam Anacletum episcopum ordinasse. Vnde  
manifestum est, eum non uoluisse esse episcopum Roma-  
num.

Doctissimus uir & fidelis Iesu Christi minister, Hierony- 93  
mus Rauscherus, p.m. omnium corruptelarum & sectarum  
aduersarij acerrimus, & boni depositi Christi fidelis custos,  
edidit plures Centurias mendaciorum Papisticorum, & ip-  
sorum proprijs legendis & alijs libellis optima fide conge-  
stas; cuiusmodi possent inde infinitæ myriades coaceruari.  
Talibus uerò Rosarijs Mariæ, Floretis Francisci, & Hortu-

Iis animę, miseras Christianorū animas pauerunt, aut potius in æternum perdidérunt. O' abominandum regnum mendaciorum & homicidiorum, non tantum corporalium, sed & spiritualium, quibus infiniti homines æterno exitio interficiuntur.

¶ 4 Libri Conformatum sancti Francisci penè eram oblitus, in quo ita confertur Christus cum Francisco, ut cum in pluribus ad amissim conueniant, in quibusdam tamen longe excellat stigmaticus ille funiger suum creatorem. In eo non possunt aut debent multa mendacia notari, ut dudum fecit Lutherus edito proprio libello, aut ego edita Arbore, quæ est initio illius pulcherrimi operis polita. Totum enim id uolumen una quædam sentina aut cloaca potius impurissimorum sterorum Satanæ est, seu unicum quoddam plusquam infernale mendacium.

¶ 5 Loretani idoli mendacia horrenda & infinita, quibus tota Italia, uel etiam Europa contaminatur, & præsertim quomodo illud primarium lacellum inde Hierosolyma transuolauerit in Italiam, eiusq; innumera uanissimorum miraculorum fragmenta non attigissim, nisi in hacre meæ patriæ grati ficarer, unde eò multi impia hypocrisi dementati curvantur.

Verum uide ea de re librum 5. D. Vergerij, qui aliquanto prolixius de illo abominando idolo eiusq; mendacijs Latinè simul & Italicè scripsit. Huius uero generis infinita idola, innumeræ que eorum superstitiones in singulis regionibus sunt, ut uerissime de Papatu illud Prophetæ dici possit, iuxta numerum ciuitatum tuarum dñi tui Israel.

¶ 6 In Decreto distinctione xvi, diserte ponitur, quod Canones, qui Apostolorū uecantur, sint prorsus reiecti, ut quos nec apostolica sedes recipiat, nec sancti patres illis assentiantur, quin potius sint ab hereticis cōpositi sub Apostolorum nomine. Hæc textus propria uerba sunt. At nunc nobis in libris Conciliorū, & alioqui tum Græcē tum Latinè pro authenticis obtruduntur, & passim ab istis pro authenticis citantur. Quantum quæso id mendacium est;

Ecclesia uetus, quæ optimè nosse, uerissimeq; testari potuit, quæ nā sint genuina Apostolorū & Spiritus sancti scripta, & quæ non: reiecit inter Apocryphalibros Machabæorum, Epistolam Iacobī & Iudæ, & alia quædam scripta: quæ postea, & præsertim nostro tempore, Papæ eorumq; pseudo apostoli & conciliabulum planè Spiritus sancti, & Apostolica Prophéticaq; scripta esse afferunt, & contraria sentiētes anathematizant. Sic impīj homines tum mentiuntur pernicioſiſſmē in re omnium grauiſſima: tum etiam illam sacrosanctam primitiū Ecclesiam blasphemē anathemate feriunt. Quis melius nosse potuit de historia Apostolicarum actionum & ſcriptionum? num illa primitiū Ecclesia, quæ id ab ipsis Apostolis aut eorum discipulis audire potuit, uel iſta Synagoga post 1500 annos: o audaciam mentiendi extrema.

Origenes vocatur distinctione 15. schismaticus: & Epi- 98 phanius eum dicit esse fanaticum. Hieronymus quoq; eum, ut seductorem, grauiter damnat. At Papistæ contendunt, eum esse sacrosanctum patrem, eiusq; operariam doctrinam de iustificatione sanam synceramq; esse. Sic contra testimoniū sanctioris antiquitatis mentiuntur.

Clementem quoq; Alexandrinum eadem distinctione 99 damnatum, nobis pro orthodoxo patre obtruserū hoc tempore Papistæ, facta editione Græca & Latina Floretiæ: cum manifestissimū sit ex eius scriptis, eum Christi beneficia plenè ignorasse, potiusq; philosophum quam theologum omnī iure dicendum esse.

Decretum distinc. 31. recitat Canonem sextę Synodi, pro 100 coniugio sacerdotum: quem, quia in decreto corruptus multatusq; ex uersione Gentiani Heruetti ad Græcam ueritatē facta ascribam. Sexta Synodi in Trullo habitæ Canon xiiij. Quoniam Romanæ ecclesiæ pro Canone traditum esse cognouimus, ut diaconi uel presbyteri qui digni qui ordinē tur existimandi sunt, profiteantur si non amplius suis uxori- bus coniungendos: nos antiquū Canonem Apostolicæ per- fectio-

## 80 MENDACIORVM PAPISTICORVM

fectionis ordinisq; seruantes, hominū qui sunt in sacrī coniugīa deinceps ex hoc temporis momēto firma & stabilitā es- se uolumus, nequaquam eorū cum uxorisbus coniunctio- nem dissoluentes, uel eos mutua tempore conuenienti con- suetudine priuantes. Quamobrem si quis dignus inuentus fuerit, qui hypodiaconus, uel diaconus, uel presbyter ordī- netur, is ad talem gradum assumī nequaquam prohibeatur, si cum legitima uxore cohabitet. Sed neq; ordinationis tem- pore ab eo postuletur, ut profiteatur se à legitima cum uxore consuetudine abstenturum: ne ex eo à Deo constituta, & sua præsentia benedictas nuptias iniuria afficere cogamur, euā- gelica uoce exclamante: Quæ Deus coniunxit, homo ne se- paret. & Apostolo docente, Honorabiles nuptias & thorū immaculatum. & Alligatus es uxori, ne quære solutionem. Simus autem sicut & qui Carthagine conuenerunt, & mini- strorum grauitatis honestatisq; curam gerentes dixerūt: ut subdiaconi, qui sacra mysteria cōrectant, & diaconi & pres- byteri, proprijs terminis à consortib. abstineāt. Ut & quod per Apostolos traditum est, & ab ipsa usq; aniquitate serua- tum, nos quoq; similiter seruemus, tempus in omni re scien- tes, & maxime in ieiunio & oratione. oportet enim eos qui diuino altari assident, in sanctorum tractandorum tempore esse omnino cōtinentes, ut possint id quod à Deo simplici- ter petunt obtinere. Si quis ergo, præter apostolicos cano- nes, incitatus sit aliquem eorum qui sunt in sacrī, presbyte- rorum (iniquimus) uel diaconorum, uel hypodiaconorum, coniunctione cum legitima uxore & consuetudine priuare, deponatur. Similiter & si quis presbyter uel diaconus suam uxorem pietatis prætextu eiecerit, segregetur & si perseue- ret, deponatur.

Hic clare uides, illam synodum testari cœlibatum Papisti cū pugnare cū Apostolis ipsis. Ideoq; sectatores & docto- res tales cœlibatus anathematizare. At nostri Papistæ iam multis seculis declamitarunt nihil Deo gratius, & Apostoli cæ doctrinæ conformius esse ipsorum cœlibatus legibus.

Quin:

Quin etiam ferro ac igni persecuti sunt usq; in hodiernam diem omnes coniugatos sacerdotes, quia scilicet malunt iuxta Dei ordinationem honesto coniugio uti, quam cum ipsorum sacrificis in omni generetur punitum uoluntari, & in lustris prostibulorum uersari. Hic igitur, preter haereticum mendacium, etiam falsatio Canonis cernitur.

Distinctione XXII recitatur Canon sextæ Synodi, de dignitate Constantinopolitanæ ecclesiæ exæqua cum Romanæ: qui tamen in decreto est corruptus, ac sibi met repugnans. Nam cum primum dicat, ut Constantinopolitana sedes, similia priuilegia, quæ Romæ habet, accipiat: mox contradictione sententia sequitur hisce uerbis, Non tamen in Ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa, Quomodo possunt esse similia priuilegia de dignitate, si ea debet manere dissimiliis, nec perinde (ut ipsi loquuntur) magnificari. Quare editio Canonum græca, facta à Tilio, & prædicta Latina à Genniano Herueto cum Balsamonis expositione affirmatiuè legit, ut thronus Constatinopolitanus æqualia priuilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat: Et in Ecclesiasticis negotijs ut illa magnificat, ut quis sit secundus post illum. Hunc extutum uidemus sibi probè consentire, non repugnare, ut superiore. Hinc animaduertimus mendacia & imposturas Romanistarum, Canones Conciliaç; falsantium. Verum ascribam utrunc; Canonem ad uerbum, ut magis tum ueritas, tum istorum fraus patefiat.

## EX DECRETO CANON. DIST. 22.

Constantinopolitana Ecclesia secundum à Romana

Ecclesia obtinet locum

Renouantes sancti Constantinopolitanæ decreta concilij, petimus, ut Constatinopolitana sedes similia priuilegia, quæ inferior Roma habet, accipiat: non tam in Ecclesiasticis rebus magnificetur, ut illa; sed haec secunda post illam extens prius quam Alexadrina sedes numeretur, deinde Antiochena, & post eam Ierosolymitana. Hinc datur intelligi, quod Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tertia, & Antioche-

## 82 MENDACIORVM PAPISTICORVM

tiochena de tertia sit quarta: nisi forte quis duas cōtentadat eſſe ſecundas, ut Conſtantinopolitanam & Alexandrinam pārem ſuā dignitatis uelit locum obtinere.

Sexta Synodi in Trullo habite Canon XXXVI, ex translatione Herueti Gentiani ad Græcam ueritatem.

Renouantes, quæ à sanctis centum & quinquaginta patribus, qui in hac Dei obſeruantice & regia urbe conuenerunt: & ſexcentorum triginta, qui Chalcedone conuenerunt, conſtituta ſunt, decernimus, ut thronus Conſtantinopolitanus æ qualia priuilegia cum antiquæ Romæ throno obtineat, & in Ecclesiasticis negotijs ut illa magnificat, ut qui ſit ſecundus poſt illum. poſt quem, magnæ Alexandrinorum ciuitatis numeratur thronus, deinde Antiochiae, & poſt eum Hierosolymitanae ciuitatis.

<sup>102</sup> Numeretur ſanè pro unico mendacio illud quoq; quod non tantum ſingulos Canones nequiter falsificant obscuranda ueritatis & tuendi ſua mendacia gratia: ſed etiam omnes Canones & Concilia, omniaq; Ecclesiastica iura ſuſtulerūt, dum eis pro libitu ac libidine ſua ad lucrum quæſtuumq; abutuntur. Nolo hīc mea authoritate aliquid adſerere. proferam Budæi, ipsorum farinæ hominis, testimonium, qui ita ante prædicationem Lutheri ſcripsit: Nam pontificiam iurisdiſtionem ita degeneraffe cernimus ex charitate priſca, ut ubi æ qui boniq; & benignitatis ſinus solebat eſſe, ibi litium officina, capturarumq; improbarum nunc eſſe uideatur. Inde illa formularum aucupia, & rituum pontificiorum cautiones ad circumſcribendā familiam Domini concinnata. Inde multarum compendia præſulibus enata, acceptorum paginas fulenter augētia. Inde ſacrilegæ nundinæ earum rerum, quæ in commercio humano ſine piaculo eſſe non poſſunt. Mitto nunc tefſeras non modo ueniales, ſed etiam uenales, impunitatem ſcelerum, & ſolutionem ſacrarum legum, ſordida benignitate largientes. Itaq; ſacrosanctos Canones, melioribus annis factos, ut ijs uelut regulis uita clericorum dirigeretur, & uelut patrū præscriptis posteri formarentur, iam in amulſes

ses plumbeas eurasisse, quis non uidet? Quales olim fuisse canones plumbei & moles non structorum operum tenore & quabili dirigunt, sed extructoru commodo & libidine flexiles structuræ accommodantur. Sic Canones pontificij ex usu Ecclesiæ antistitū flexibles, plumbei & cerei facti sunt, ut iam diu iustituta maiorum & sanctiones pontificiæ non moribus regendis usui esse: sed (propemodum dixerim) argentarię factitandæ autoritatem accommodare uideantur. Hæc ille.

Sacerdotes se isti audent appellare, & dicunt se à Christo esse institutos. At Christus se esse sacerdotem perpetuum, & à Leuitis in se transiisse sacerdotium testatur: nec usquam in nouo Testamēto ministri Christi aut Ecclesiæ uocantur sacerdotes, aut ius potestatem ue sacrificandi accipiunt. Quare fœdum mendacium ac impostura est, quod se sacerdotes uocant, ac Christum noui Testamenti ministros sacerdotes fecisse dicunt, cum contrariū ex eius historia appareat.

Illustre illud quoq; mendacium Paparum est, quod xv. 103 quæst. vi. cap. alius. scribit Gelasius ad Anastasium imperatorem, Zachariam papam deposuisse Hildericū regem Francorum, & substituisse in locum eius Pipinum. Probat enim Radulphus de Columna, ex Annonio chronographo Francico cōtrarium: quod nempe Francorum proceres ac populus suo arbitrio ac iure deposuerint illum, & hunc elegerint. Hoc mendaciū etiam ipsa Glossa prædicto loco confitetur. Inquit enim: Deposuit, id est deponentibus consentit, quæ duo longissime inter se se discrepant.

Sic illud etiam luculentum mendacium est, quod Cardinales creauerint Otthonem primum Imperatorem. Contra rium enim demonstrant Naucerus & Cuspinianus.

Illud autem etiam multo maius est, quod scribūt papistæ, 106 Papas dedisse Germanis potestatem eligendi Imperatores, & constituisse vij Electores: cuius cōtrarium probat Cardi- lis Cusanus libro tertio de Concordantia catholica, cap. 4. prolixissime.

<sup>107</sup> Summa (ne nimium diu in hac horrenda mendaciorum Antiehristi cloaca uersari cogar) Diuus Ioannes nota historici mēdaciē etiam ipsum Antichristum indicat. Dicit enim, Antichristū esse eum seductorem, negat IESVM esse Christum. Hoc pontifex Romanus non quidem uerbis, sed re tamen ipsa audacissimē pernegat. Nam Christum esse, est Sacerdotem perpetuum, Redemptorem, Mediatorem, & Regem Ecclesiæ Dei esse. Hanc dignitatē uera Papa Dominus IESUS adimit, dum negat eum semel perfectē sacrificasse: eoq; suos sacrificios perpetuō p; peccato offerre iubet, te stantes nimirum nondum plenē perlitatum esse, nec remissionem peccatorum plenē repertam. Nam teste Epistola ad Hebræos, ubi est remissio peccatorum acquisita, ibi non amplius offertur p; peccatis. Adimit eidem redemptoris dignitatem, dum hominum operibus iustitiam ac salutem ad scribit: eosq; qui sua opera non habeant, ab alijs, ut à monachis & sacrificis, aut etiam ab eorum sanctis emere iubet. Rapit Seruatori nostro officium Mediatoris, dum suos sanctos facit hominum apud Deum mediatores, ipsum uero immitem ac implacabilem iudicem esse fingit. Deniq; regnum adimit Christo, dum in terris ipse uult esse caput Ecclesiæ, in cœlis uero Ecclesiæ protectionem diuæ Virginis aut Franciscus alijsq; mortuis hominibus mandat. Verum hæc res doctrinaq; à multis hoc tempore exposita est. Ita hoc unum ingenis historicum mendacium & facit & depingit aut denotat Antichristum Romanū, testante ueracissimo Christi teste D. Iohanne apostolo & euangelista.

<sup>108</sup> Oblitus in hoc Catalogo mendaciorum Antichristi sum illud primarium figmentū interserere, unde se ille uel præcipue factat & effert, maximaq; suæ potentię ac dignitatis emolumenta & incrementa semper est consecutus, & adhuc percipit. Dicit enim se transtulisse imperium Romanum à Græcis ad Francos, & à Francis ad Germanos: eoq; gloriatur sibi deberī ab Imperatoribus & Imperio, & præsertim à Germania & Imperij Principib; omnem subiectionem ac obedien-

**E**X fine maioris Apologiae. Cæterum, quomodo nos Deo dicauerimus, renouati per CHRISTVM, iam exponemus: ne quid malitiose dissimilare videamur. Quotquot persuasi credunt haec quæ dicemus uera esse, & ad eum modum uincere pollicentur, ante omnia discunt precibus & ieiunij petere à Deo prætitorum peccatorum ueniam, nobis unà preces, ieiuniaq; iungentibus. Deinde ad aquam à nobis ducuntur, & renascuntur, modo renascendi quo & nos renati sumus. Nam in nomine Patris omnium, Dominiq; Dei & seruatoris nostri IESV CHRISTI, & Spiritus sancti in aqua tunc levantur. Dixit enim Christus ipse: Nisi renati fueritis, non intrabitis in regnum cœlorum. Et paulo post: Nos uero sic ablutum & institutum ad alios fratres adducimus, ubi cœtus sunt: ut tam pro nobis, quam pro recens illustrato prece mur, quo inueniamur per ueram doctrinam & bona opera digni obseruatores mandatorū, custodesq;: & ut æternam salutem adsequamur. Post precationem, nos salutamus osculo mutuo: deinde adseritur præcipuo fratri panis, & calix aqua dilectus: quibus acceptis, laudem & gratiarū actionem Patri omnium agit, per nomen Filii, sanctiq; Spiritus, atque ita gratiarum actionem diu, quo prædicta impetrat, agit. Post preces & gratiarum actionem, totus cœtus accinit, Amen. Ea uox Hebraica significat idem quod Fiat.

Absoluta gratiarum actione præsulia, & omissione totius plebis, diaconi (quos uocamus) dant singulis præsentibus partē panis & calicis diluti, super quos facta est gratiarum actio: atq; etiam deferre sinuat absentibus. Hoc autem alimentū, apud nos uocatur Eucharistia: ad quod nemo admittitur, nisi qui credit uerā esse nostram doctrinam, ablutus regenerationis lauacro in remissionē peccatorum, & sic uiuens ut Christus docuit. Non enim ut vulgarem panem & vulgare poculum hæc sumimus, sed quemadmodum per verbum Dei caro factus IESVS CHRISTVS seruator noster, carnem & sanguinem pro salute nostra habuit: sic etiam per uerbum precationis, & gratiarū actionis, sacram ab ipso almonia, quæ mutata nutrit carnes nostras & sanguinem, illius incarnati IESV carnem & sanguinem esse didicimus. Nam Apostoli in suis scriptis, quæ uocantur Euangelia, sic sibi mandatis IESVM tradide-

ruat: sumpto pane, aetisq; gratijs dixisse: Hoc facite in mei commorationem: Hoc est corpus meum. similiter sumpto poculo, aetisq; gratijs, dixisse: Hic est sanguis meus. & solis ipsis communicaesse. Quod in Mithræ mysterijs imitati mali dæmones conatis sunt. Panem enim & aquæ poculum initiandis eos apponere, cum quibusdam incantationibus, si nescitis, potestis discere. Nos uero postea semper hæc nobis reuocamus in memoriam, & ditiōres egenis succurrimus, uersamurq; una cōtinuò: & pro omnibus rebus, quibus fruimur, Creatorem earum benedicimus per filium eius IESVM Christum, & Spiritum sanctum.

Die Solis urbanorum ac rusticorum cœtus sunt, ubi Apostolorum Prophetarumq; literæ, quoad fieri potest, præleguntur. Deinde cessante Lectori, Præpositus uerba facit adhortatoria, ad imitationem tam honestarum rerum inuitans. Post hæc consurgimus omnes, & preces offerimus: quibus finitis, profertur (ut diximus) panis, uinum, & aqua. Tum Præpositus, quantum potest, preces offert & gratiarū actiones: plebs uero, Amen, accinit. Inde consecrata distribuuntur singulis, & absentibus mittuntur per diacones. Ditiōres, si libeat, pro sua quisq; uoluntate conferunt, collecta deponuntur apud Præpositum. Is subuenit pupillis, uidiuis, & propter morbum aliquem necessitatē egentibus, uinclis quoq; ac peregrinis: & in summa, curator sit omnium in opum. Conuentus autem hos die Solis facimus: quoniam hac die Deus primū depulsis tenebris, formataq; materia, mundū creauit. IESVS Christus quoque noster seruator, eadem die resurrexit à mortuis. Nam ea quæ proxima Saturni diem præcedit, crucifixus fuit: & proximè sequens Saturni diem, Solis die uidelicet, cōspiciendum se Apostolis & discipulis præbuit, eisq; suam doctrinam impertijt.

¶ Hic clarè cernis, pie Lector, nullam tunc temporis confirmationem, aut inunctionem in usu fuisse: sed conuersos, mox à Baptismo, ad communionem corporis Domini traductos esse. Manifeste quoq; uides, nullam tunc Missam aut sacrificium pro peccatis ab Ecclesia celebratum fuisse: nullumq; alium sacramenti corporis Domini, præter communionem, usum fuisse. Deniq; uidetis illam antiquissimam Ecclesiæ formam, prorsus cum nostra in stauratarum Ecclesiarum conuenire. Quod profectò est eximium testimonium sinceritatis nostræ religionis.

# CANONES VETVSTISSIMI. 133

SEQVITVR CANON MISSAE, AVT SACRAE COENAE.  
desumptus ex constitutionibus Apostolicis à B. Clemente conscriptis, ut sunt Græ-  
cæ ac Latine Venetijs intra biennium cum præfatione Ioannis Caroli Bouij, episco-  
pi Ostunensis, ad legatos Concilij Tridentini, euulgatae, quorum fides penes  
ipos est. Ex lib. 8. cap. 17.

Et omnis populus simul dicat:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sebaoth: Plenum est cœ-  
lum & terra gloria tua: Benedictus in secula, Amen.

Et Pontifex deinde dicat:

Sanctus enim es, & in omnibus sanctus altissimus, & superexal-  
tatus in secula. Sanctus & unigenitus filius tuus DOMINVS noster  
& Deus IESVS CHRISTVS, qui in omnibus ministravit tibi Deo  
ipsius & Patri, in uario opificio creaturarum, & in earum conue-  
nienti prouidetia. Non permisit genus humanum perire: sed post  
naturalem legem, post legis scriptæ admonitionem, post Proph-  
eticas increpationes, post angelorum tutelas, uiolantibus natura-  
lem legem hominibus, unà cum scripta oblitterataq; memoria di-  
luuij, incendij, plagarum Ægyptiacarum, cædis Palæstinorum, im-  
minenteq; omnium interitu, decreuit uoluntate tua, qui hominē  
condiderat, fieri homo: qui legislator erat, subiici legibus: qui pon-  
tis ex erat, uictima fieri: pastor, effici ouis. Teq; Deum suum ac pa-  
trem placauit & conciliauit mundo, atq; instanti ira omnes libe-  
rauit, natus de uirgine, natus in carne, Deus, uerbum, filius dile-  
ctus, primogenitus omnis creaturæ, secundum de eo prædicatas  
prophetias, ex semine Dauid & Abraham, de tribu Iude: & concep-  
tus est in utero uirginis, formator omnium qui nascuntur: atq; in-  
carnatus est is, qui carnis est expers: in tempore natus, qui ab æter-  
no est genitus: piè conuersatus est, & sanctis legibus instituit, om-  
nem morbum atque infirmitatem expulit, signa ac prodigia in po-  
pulo fecit. cibum, potum, somnum cepit is, qui omnes cibo indi-  
gentes alit, & replet omne animal benedictione: manifestauit no-  
men tuum ijs qui id ignorabant: ignorantiam fugauit, pietatem  
excitauit, uoluntatem tuam expleuit, opus quod dederas illi con-  
sumauit. Quæ omnia cum perfecisset, impiorum manibus com-  
prehensus, sacerdotum atq; Pontificum falsi numinis, populiq; i-  
psius iniqui, & malitia laborantis traditione, multa passus est, ab i-  
psis, omnemq; sustinuit ignominiam tua permissione. Traditus  
est Pilato præfidi, ac iudicatus, is qui iudex erat: condemnatus est,

aliorum saluator: crucifixus, qui est impassibilis: mortuus, natura immortalis: sepultus, omnium uiuificator, ut passione & morte liberaret eos propter quos uenerat, & vincula diaboli disrumperet, hominesq; ab eius fraudibus eriperet. Et surrexit à mortuis tertio die, & per quadraginta dies uersatus cum discipulis, receptus est in cœlum, & seddit ad dextram Dei & patris sui.

Memores igitur eorum quæ propter nos est passus, gratias agimus tibi Deus omnipotens, non quantum debemus, sed quantum possumus. Et ordinationem eius implemus. Nam in qua nocte tradebatur, accipiens panem in sanctas & immaculatas manus, & suspiciens in te Deum suum & patrem, frangensque dedit discipulis, dicens: Hoc mysterium noui Testamenti, accipite, ex eo comedite: hoc est corpus meum, quod pro multis frangitur, in remissionem peccatorum. Similiter calicem miscens ex uino & aqua, & sanctificans, tradidit eis, dicens: Bibite ex eo omnes; hic est sanguis meus, qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum: hoc facite in meam commemorationem. Quotiescumque enim comederitis panem hunc, & biberitis calicem hunc, mortem meam annunciabitis donec ueniam. Memores igitur passionis eius & mortis, nec non ex mortuis resurrectionis, atque in cœlos ascensionis, & futuri eius secundi adventus, in quo ueniet cum gloria & uirtute iudicare uiuos & mortuos, & reddere unicuique secundum opera sua: offerimus tibi Regi & Deo secundum ipsius ordinationem, panem hunc, & calicem hunc, gratiam tibi agentes, eo quod nos dignos fecisti adiustare in conspectu tuo, & fungi sacerdotio tibi. Rogamusque te, ut benignè aspicere digneris super hæc dona proposita in conspectu tuo, tu qui nullo indiges Deus: & complaceas tibi in ipsis, in honorem Christi tui: & mittas sanctum Spiritum tuum, ut ostendat hunc panem corpus Christi tui, & hunc calicem sanguinem Christi tui, ut qui eam percipiunt, consermentur in pietate, & remissionem peccatorum consequantur, diabolo & errante eius liberentur, Spiritu sancto repleantur, Christo tuo digni efficiantur, uitam æternam adipiscantur, de eis reconciliato Domine omnipotens.

Mystra

Etiam rogamus te Domine pro sancta tua Ecclesia, quae est à finibus usque ad fines, quam acquisuisti precioso sanguine Christi tui, ut eam quietam & tranquillam conserues usq; ad consummationem seculi. Et pro omni episcopatu tractante uerbum ueritatis etiam imploramus te, & pro mei offerentis tibi tenuitate, pro que omni presbyterio, pro diaconis atq; omni clero, ut omnes à te eductos Spiritu sancto repleas. Etiam rogamus te Domine pro Rege, & pro ijs qui sunt in sublimitate constituti, proq; omni exercitu, ut per illos pacificè uiuamus, ut in quiete & concordia perseverantes, per omne tempus uitæ nostræ glorificemus te IESVM Christum, qui es spes nostra. Etiam offerimus tibi pro omnibus qui à saeculo placuerunt tibi, sanctis, patriarchis, Prophetis, iustis, Apostolis, martyribus confessoribus, episcopis, presbyteris, diaconis, hypodiaconis, lectoribus, cantoribus, virginibus, uiduis, laicis atq; omnibus, quorum tu cognouisti nomina.

Etiam offerimus tibi pro populo hoc, ut facias eum in laudem Christi tui regale sacerdotium, gentem sanctam, pro virginibus & castitatem seruantibus, pro uiduis Ecclesie, pro copulatis honorabilibus nuptijs, & filios procreantibus, pro infantibus populi tui, ut neminem nostrum reijcias. Etiam rogamus pro hac civitate, & habitantibus in ea, pro laborantibus infirmitate, & pro acerbam seruitutem seruientibus, pro relegatis, & publicationem bonorum perpessis, pro nauigantibus, & pro peregrè proficientsibus, ut sis auxiliator, omnium adiutor & opitulator. Etiam oramus te pro ijs qui nos odio habent, & prosequuntur nos propter nomen tuum: pro ijs qui extra sunt, & uersantur in errore, ut reducas eos in bonum, & furorem eorum mitiges. Etiam rogamus te pro catechumenis Ecclesijs, & pro uexatis ab aduersario, & pro fratribus nostris penitentibus, ut illos in fide perficias, alios à uexatione mali eripias, horum penitentiam recipias, & indulgeas illos atq; nobis delicta nostra. Etiam offerimus tibi pro aetris salubritate, & fructuum fertilitate: ut abunde bona tua percipientes, te assidue laudemus, qui das escam omni carni. Etiam rogamus te pro ijs qui iusta causa impediti absunt, ut omnes nos in pietate custoditos congreges in regnum Christi tui, Dei omnis sensitivæ & intellectualis naturæ, & regis nostri, stabiles in bono, inculpabiles, criminis carantes: quoniam tibi omnis gloria, cultus, gratiarum actio,

actio, honor & adoratio Patri & Filio & sancto Spiritui, & nunc & semper, & in infinita secula seculorum. Et omnis populus dicat, Amen. Et episcopus dicat, Pax Dei sit cum omnibus uobis. Et omnis populus dicat, Et cum spiritu tuo. Et Diaconus iterum pronunciet:

## Caput XIX.

Etiam rogemus Deum per Christum suum, pro dono oblato Domino Deo oremus, ut bonus Deus suscipiat illud intercedente Christo ipius in cœleste altare suum, in odore suavitatis. Pro hac Ecclesia, & pro populo rogemus, pro omni episcopatu, pro omni presbyterio, pro omni in Christo diaconia & ministerio, pro universo Ecclesiæ cœtu rogemus, ut Dominus omnes conservet atque custodiat. Pro regibus, & pro iis qui sunt in sublimitate constituti oremus, ut in pace per ipsos uiuamus, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate ac sanctitate: sanctorum martyrum memoria colamus, ut digni efficiamur certaminis ipsorum. Pro iis qui in fide quieuerunt, oremus. Pro salubritate aeris, & fructuum maturitate rogemus. Pro nuper illuminatis oremus, ut omnes in fide confirmentur. Excita nos Deus in gratia tua. Excitati, nos ipsos Deo per Christum eius commendemus. Et Episcopus dicat:

## Caput XX.

Deus magnus, & magni nominis, magnus consilio, & operibus, potens, Deus & pater sancti pueri tui et res Saluatoris nostri, respice supernos, & super hoc ouile tuum, quod per ipsum elegisti in gloriam nominis tui: & sanctificato corpore nostro & anima dignos nos fac, ut purgati omni iniquitate carnis ac spiritus, proposita bona consequamur, & neminem nostrum iudices indignum: sed sis adiutor noster, auxiliator & defensor noster per Christum tuum, cum quo tibi gloria & honor, laus, gloriatio, & gratiarum affectio, & sancto Spiritui in secula, Amen.

Et postquam omnes dixerunt Amen, Diaconus dicat: Attendamus. At Episcopus alloquatur populum ijs uerbis, Sancta sanctis. Et populus subiungat, Vnus Sanctus, unus Dominus, unus Christus, in gloriam Dei Patris benedictus in secula, Amen.

Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Osanna filio Dauid: Benedictus qui uenit in nomine Domini, Deus Dominus, & apparuit nobis: Osanna in altissimis. Post hoc sumat episcopus, deinde presbyteri, & diaconi, & hypodiaco ni, & anagnostæ, & cantores, & ascetae: & ex mulieribus diaconis,

fæ,

sæ, & uirgines, & uiduae: postea pueri, & omnis populus ordine, cum pudore & reuerentia, absq; tumultu. Et episcopus det oblationem, dicens: Corpus Christi. Et sumens dicat, Amen. Diaconus teneat calicem: & quando tradit, dicat, Sanguis Christi, calix uitæ. Et bibens dicat, Amen. Cum reliqui sumunt, dicitur Psal. 33. Postquam omnes sumperunt, accipient diaconi reliquias, & portent in Pastophoria. Perfecto Psalmo, diaconus dicat:

## Caput XXI.

## Sermo post communionem.

Percepto precioso corpore & sanguine Christi, gratias agamus ei, qui dignos nos reddidit percipiendi sancta eius mystera: & rogamus, ut non in iudicium, sed in salutem nobis fiant, in utilitatem animi & corporis, in custodiam pieratis, in remissione peccatorum, in uitam futuri sæculi. Excitemur in gratia. Nos ipsos Deo soli, ingenito Deo & Christo eius commendemus. Et episcopus gratias agat.

¶ De hoc libro nunc accuratius disputare non liber. Apostolorum non esse, facile probari potest: ac nec Clementis quidem Romani, nam multò recentiorū scriptorum facit mentionem, ut Tertulliani. Damnatae quoq; sunt iam olim hæ ordinationes à pontificibus & Concilijs, ut quibus multa impia hæretici admiscuerint. Nec id negant isti, qui præfati sunt in Græcam & Latinam editionem. Verum pro impudentia seductorum Antichristi, audent dicere, se incidisse in exemplaria, quæ hæretici non corrumpunt. Vnde uero id probant? Contrà manifestū est, multa cōtradicōria, multa etiā propalām impia, in istis ip̄s exemplaribus cōtineri. Ac (ut taceam alia) certè de secunda & tertia diuinitatis persona aliquoties ualde frigidē, imò potius impiè loquuntur. Quin etiam, si Canonibus Apostolorū aliquid fidei adhibendum est, ip̄ semet autor harum constitutionū eas damnat. Nam in ultimo Canone, iubet eos clām haberi, & non euulgari. Sic enim solebant in primitiua Ecclesia libros noxios iubere esse apocryphos, aut occultos.

Verum (ut dixi) nolo nunc de hac re diligentius differere. alias fortè nactus ocium, & occasionē meliorem, id faciam. Nunc id mihi satis est, quod quoniam aduersarij hunc librum de Consensu legatorum aut gubernatorum suæ Tridentinæ Synodi ediderūt, à tota ea Synodo comprobatus esse uidetur; eo q; optimo iure, au-

thoritate, testimonioque ipsius contra illos uti poterimus. Sunt quoq; sanc̄ permulta in hisce constitutionibus, quæ meritò pontificis ad redarguendas eorum notas impietas, erroresq; & abusus, in os obtrudere queamus. Quale illud in primis est, quod nul lam planè mentione regni pontificij, Ecclesiæ Româng, aut prima tuis Papæ faciant. Vnde necessariò sequitur, tunc rem istam (nunc tantoper ab aduersarijs iactatam ac celebratam, ut quoddam pri marium caput totius Christianismi) planè ignotam fuisse ipsimet Clementi papæ, qui (ut isti singunt) hæc iam post multorum Apostolorum mortem conscripsit.

Possunt tamen uideri aliqua non nihil uetustiora esse. multum enim ab istis recentioribus corruptelis & hypocrisi abhorrent, de quibus alio tempore agetur. Nunc quoniam canonem Missæ inde adscriptimus, quædam obseruatu digna, & recentiori Antichristianismo prossus aduersa, inde obseruemus.

Primūr iste canon in hoc multo senior est Papistico, atq; aded planè probandus, quod ante sacram coenam diligenter reducit auditoribus in memoriam lapsum generis humani, peccatum, damnationem, & etiam redemptions eiusdem per incarnationem filij Dei factam. Quinetiam breuiter commemorat priores paterfætiones, fœderaq; Dei, & conseruationem Ecclesiæ in tam varijs difficultatibus ueteris Testamenti: ac deniq; natuitatem & uitam Christi percurrentes, mentes piorum ad sacram coenam deducit, passionemq; eius, resurrectionem & ascensionem in salutem credentium factam commemorat.

Secundū, sic commemoratis ingentibus filij Dei beneficijs, excitataq; fide ad intuenda & accipienda ea, porro pergit Deo gratias agere, & secundum eius mandatum ac institutionem uerba sacrosancti Testamenti filij Dei, accepto pane ac uino, recitat.

Tertiò, licet dicat se Deo offerre: tamen non dicit se Deo offerre filium eius aut corpus ac sanguinem ipsius, sed panem. Solebat uero tum plebs adferre ad altare panem & uinum, in usum ministrorum Ecclesiæ & pauperum. Vnde pars aliqua à sacerdotibus, veluti nomine ac loco totius illius allatæ ac oblatæ copiam, Deo, sumpto à Leuiticis sacrificijs more, quasi subleuabatur, ac offerebatur: quandoquidem non poterat pastor Ecclesiæ tanta pondera aut moles suis manibus extollere. Eandem, illam particulam panis ac uini ita quasi sublatam ac oblatam, recitatis uerbis Testamenti

menti Christi, in communionem fidelium, distribuebant.

Quartò: Quod dillam oblationem non habuerint pro sacrificio propitiatorio, inde apparet, quia non dicunt, se offerre pro peccatis, non pro animabus, non pro uiuis & mortuis, ut eos ex purgatorio redimant, ut nunc papistica abominatio Canonis blasphemat. Fuit ergo illis aliquo modo oblatio Eucharistica, ideoq; dicunt se offerre pro omnibus sanctis, patriarchis, prophetis, apostolis, & martyribus, quos uel ipsorum papistarum testimonio nihil necesse est propitiatorio sacrificio ex purgatorio igne extrahi: sed tantum gratiae Deo de illis aguntur, qui eos & largitus sit generi humano, & in uitam æternam uictores factos mundi & Sathanæ, conseruauerit, ac transtulerit.

Quinto: Non inuocantur in hoc canone ulli mortui, seu (ut isti eos uocant) sancti ac sanctæ.

Sexto: Fiunt quidem preces pro omnibus ordinibus, & eas dicunt se offerre Deo pro illis, non panem propriè, nisi quis synecdochice accipere uelit. Deniq; etiam indicat canon hic, ad quid consecrat, aut benedicat panem ac uinum: nempe non ad sacrificium, aut expianda mundi peccata, ut iam canon blasphemat: sed ad sacram communionem piorum. Quod ne singere uidear, uerba eius sequentia clarissime testantur: ut ostendat, hunc panem corpus filii tui, & hunc calicem sanguinem Christi tui, ut qui cum percipiūt, confirmantur in pietate, & remissionem peccatorum consequantur, diabolo & errore eius liberentur, Spiritu sancto repleantur, Christo tuo digni efficiantur, uitam æternam adipiscantur, te eis reconciliato Domine omnipotens.

Quod si quid etiam in commodarum uocum Canoni huic inest, non est dubium aliquid ab istis seductoribus, qui ista euulgarunt (cum tanto ardore decipiendi piis, & propagandi suos errores flagrant) cum in Greco cum & in Latino infesta esse. Ipse quoq; interpres clare confitetur, se non tam Latinas uoces ac sermonem, quam uocabula in Ecclesia iam recepta, sequi coactum esse. Illa sa[n]c[t]a[n]e est manifesta corruptio uerboris, quod cū in Greco sit ὁ ὄφελος τοῦ ἀγνοουσθεῖσι, posuerit, pro dono oblati: cum debuist set dicere, dono allato, aut apportaro. Quia p[ro]ij afferebant dona ac eleemosynas ad altare, quæ illi quidem offerre dicebantur: non tamen de oblata istorum hostia intelligebatur. Sed ab illis oblationibus hic tam horrendus abusus uenit, Quod autem illæ eleemosynæ

næ olim offerri dictæ sunt, & de illis, non de isto nouo idolo patres loquantur, etiam illud argumento est, quod nunc quoq; apud papistas, illa in altare allata stipes, Offerta, & cantio que in terra canitur, Offertorium dicitur.

Hæc iam de isto canone dixisse sufficiat. Nunc porro adscribam ex missa Iacobi aliam formam Canonis. Ediderunt enim superioribus annis aduersarij Parisijs, & etiam Antuerpiæ, quandam libellum titulo Missa Iacobi fratris Domini: cui præfationem adiecit F. Claudius de Sancte Parisiensis Theologus, & Iohannes à Sancto Andrea, ad illustriss. Principé & ampliss. Cardinalem, Carolum Lotaringum, ut eius Titulus ibi adscriptus est:

## CANON MISSÆ TITVLO IACOBI FRATRIS

Domini, Antuerpiæ, anno 1560 cum priuilegio Regiæ maiestatis  
editæ.

## Populus:

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth, plenum cœlum  
& terra gloria tua, osanna in excelsis.

Benedictus qui uenit in nomine Domini, osanna in excelsis.

Sacerdos signacula faciens crucis super dona, dicit:

Sanctus es rex seculorum, & omnis sanctitatis dominus & dator: Sanctus & unigenit⁹ filius tuus, Dominus noster IESVS Christus, per quem omnia fecisti: sanctus & Spiritus tuus sanctus, qui omnia perscrutatur etiam profunditates tuas, qui Deus es: sanctus es omnipotens, & in omnia potestatem habens, bone, reuerende, misericors, & compatiens, maximè creaturæ tuæ, qui fecisti hominem ex terra ad imaginem & similitudinem tuam, qui dedisti ei ut paradiſo frueretur: qui eum postquam transgressus est mandatum tuum, & lapsus est, non despexisti, neque dereliquisti, ô benignus: sed correxisti eum, ut misericors pater: eum per legem uocasti, per Prophetas eum instituisti. Postremò autem, ipsum unigenitum filium tuum Dominum nostrum IESVM Christum demisisti in mundum, ut uniens tuam renouaret atq; exuscitaret imaginem: qui de cœlo descendit, & carne indutus est ex Spiritu sancto & Maria virgine, matreq; Dei: qui conuersatus cum hominibus, omnia dispensauit ad salutem generis nostri: & qui uoluntariam & uiuificam per crucem, morte, expers ipse peccati, pro nobis peccato-ribus subiit, ea nocte qua tradebatur, uel potius se ipsum tradebat pro uita & salute mundi.

Deinde

## CANONES VETVSTISSIMI. 141

Deinde sacerdos panem manibus accipiens, dicit: Accipiens panem in sanctas, immaculatas, inculpabiles & immortales manus suas, in celum suspiciens, ac tibi Deo & patri ostendens, gratias agens, sanctificans, frangens, dedit nobis discipulus suis, & Apostolus dicens:

Diaconi dicunt: In remissionem peccatorum, & in uitam æternam.

Deinde exclamat: Accipite, comedite: Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur, & datur in remissionem peccatorum.

Populus, Amen.

Deinde accipit calicem, & dicit: Similiter postquam coenauit: ac cipiens calicem, & permiscens ex uino & aqua, & aspiciens in celum, ac ostendens tibi Deo, & patri gratias agens, sanctificans, benedicens, implens Spiritu sancto, dedit nobis discipulis suis, dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro uobis & multis effunditur, & datur in remissionem peccatorum.

Populus, Amen.

Sacerdos: Hoc facite in meam commemorationem, quotiescumque enim comederitis panem hunc, & hunc calicem biberitis, mortem filij hominis annuntiatis, & resurrectionem eius confitemini donec ueniat.

Dicunt diaconi: Credimus, & confitemur.

Populus: Mortem tuam Domine annunciamus, & resurrectionem confitemur.

Sacerdos: Memores igitur & nos peccatores passionum eius uisificarum, crucis salutaris ac mortis, sepulchri & resurrectionis à mortuis tertio die, ascensionis in celos, & assensionis eius ad dexteram tuam, Dei & patris, & secundi gloriosi & tremendi eius adventus, cum ueniet cum gloria ad iudicandum uiuos & mortuos, cum reddet unicuique secundum opera eius, offerimus tibi Domine hoc sacrificium uerendum & incruentum: orantes, ne secundū peccata nostra nobiscum agas, neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis, sed secundum aequitatē tuam, & ineffabilem humanitatem tuam prætergrediēs atque delens chirographum illud, quod est contra nos famulos tuos: largire nobis cœlestia & æterna tua dona, quæ oculus non uidit, & auris non audiuimus, & in cor hominis non ascenderūt, quæ præparasti Deus diligentibus te: neque propter me & mea peccata repudies populum, benigne Domine.

Deinde dicit ter repetēs: Populus enim tuus & Ecclesia tua suppliant tibi.

Populus: Miserere nostri, Domine Deus, pater omnipotens.

Rursus sacerdos dieit: Miserere nostri Deus omnipotens. Misere-  
re nostri Deus, seruator noster. Misere nostri Deus, secundum  
magnam misericordiam tuam: & demitte super nos & super hæc  
dona proposita, Spiritum tuum sanctissimum.

Deinde inclinata ceruice dicit: Dominum uinificum, unigenitum  
Deo patre & unigenito filio tuo assidentem, simul regnante, con-  
substantialem & coæternū, qui loquutus est in lege & prophetis,  
& in novo tuo Testamento, qui descendit in specie columbae su-  
per Dominum nostrum Iesum Christum in Iordanе fluui, &  
mansit super eum: qui descendit super Apollolos tuos in specie i-  
gnearum linguarum, in cœnaculo sanctæ & glorioæ Sion in die  
Pentecostes: ipsum spiritum tuum sanctissimum demitte nunc quo-  
que Domine in nos, & in hæc dona sancta proposita.

Et erigens se, exclamat: Ut superueniens, sancta & bona & glo-  
riosæ sua præsentia sanctificet, & efficiat hunc panem corpus san-  
ctum Christi tui.

Populus: Amen.

Sacerdos: Et calicem hunc, preciosum sanguinem Christi tui.

Populus: Amen.

Sacerdos apud se stans: Ut sit omnibus ex his sumentibus in re-  
missionem peccatorum, & in vitam æternam, in sanctificationem  
animatorum & corporū, ad fructus bonorum operum ferendos, in  
confirmationem sanctæ tuæ catholicæ & Apostolicæ ecclesiæ, quam  
fundasti super petram fidei, ut portæ inferorum ne præualeat ad-  
uersus eam: liberans eam ab omni hæresi, & scandalis, & ijs qui o-  
perantur iniquitatem: seruans eam, liberans eam ab omni hæresi  
& scandalis, & ijs qui operantur iniquitatem: seruans eam usq; ad  
consummationem seculi.

Et inclinatus, ait: Offerimus tibi, Domine, & pro sanctis tuis lo-  
cis, quos glorificasti diuina apparitione Christi tui, & aduētu san-  
ctissimi tui spiritus: & præcipue pro gloria Sion, matre omnium  
Ecclesiarum: ac pro sancta tua catholica & apostolica Ecclesia, que  
est per uniuersum orbem: larga dona sancti tui Spiritus nunc quo-  
que suppedita ei Domine.

Memento Domine, & sanctorum patrum, fratrumq; qui in ea  
sunt,

sunt, ac Episcoporum, qui per uniuersum orbem orthodoxa fide distribuunt uerbum tuæ ueritatis.

Memento Domine & omnis ciuitatis ac regionis, eorumq; qui in orthodoxa fide in ijs habitant, ut in pace securitateq; degant.

Memento Domine nauigantium, iter facientium, peregrinatium Christianorum, in uinculis & custodijs detentorum, captiuorum, exulum, eorum qui ad metalla & supplicia damnati sunt, & qui in dura seruitute agunt, patrum & fratribus nostrorum.

Memento Domine infirmorum, & laborantium, & eorum qui ab immundis spiritibus infestantur, ut à te Deo celeriter ab ijs liberentur & seruentur, &c.

Memento Domine omnis animæ Christianæ afflictæ & uexatae, implorantis misericordiam & auxilium à te Deo conuersio nis etiam errantium.

Memento Domine laborantium & ministrantium nobis patrū & fratribus nostrorum, propter nomen sanctum tuum.

Memento Domine omnium, ut benignè illis facias: omnium miserere, Domine, omnibus nobis reconciliare: redde multitudinem populi tui pacificam, dissipa scandala, aboleto bella: siste ha refectiones, pacem tuam tuamq; charitatem largire nobis Deus seruator noster, qui es spes omnium finium terræ.

Memento Domine temperiei aeris, imbruum lenium, mitis ris, ubertatis fructuum, & in totius anni circulū benignitatis tuæ. Oculi enim omnium in te sperant, & tu das illis escam in tempore opportuno: aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.

Memento Domine eorum qui fructificant, & præclara edunt facta in Ecclesijs tuis sanctis: & eorum qui pauperes, uiduas, orphanos, peregrinos & egenos in memoria habent: & eorum omnium qui nobis mandarunt, ut sui memores essemus in orationibus.

Præterea meminisse digneris Domine, eorum qui has oblationes obtulerunt hodierno die, ad sanctum altare tuum: & pro quibus unusquisq; obtulit uel in mente habet, & eorum quos nuper tibi recensui.

Memento Domine, secundum multitudinē misericordiæ tuę, & miserationū tuarum, mei etiam, qui abiectus & inutilis seruus tuus sum, & diaconorum circumstantium sanctum altare tuum:

ac largire eis uitam inculpatam: eorum ministerium sine macula  
conserua, & gradus bonos assere tibi, ut inueniamus misericordia  
& gratiā cum omnibus sanctis tuis, qui ab æterno tibi placuerunt  
per generationem ac generationē, majorum nostrorum, patrum,  
patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confesso-  
rum, doctorum, sanctorum, & omnis spiritus iusti, in fide Christi,  
tui consummati.

## CANON HIERVRGIAE AVT SACRAE COENAE

*sub titulo Basili⁹ Magni edit⁹, qui multo minus abominatio-  
num habet papistico.*

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt  
cœli & terra gloria tua, osanna in excelsis. Benedictus qui uenit in  
 nomine Domini, osanna in excelsis.

Actio secreta, seu canon.

Pontifex secrete: Cum his beatissimis uirtutibus, Domine clementissime, & nos peccatores clamamus, & dicimus: Sanctus es uerè, & sanctissimus, & non est mensura magnificentiae sanctitatis tuæ, & sanctus in omnibus operibus tuis: quia in iusticia & in iudicio uero omnia induxisti in nos. Plasmasti enim hominem, pulu-  
uarem accipiens de terra, & imagine tua Deus honorificasti eum. Posuisti eum in paradiſo deliciarum, immortalitatem uitæ, & de-  
lectationem æternorum bonorum in cōseruatione mandatorum  
tuorum promisisti ei: sed non audiētem te uerum Deum, qui crea-  
sti eum, sed suasione serpentis seductum, mortificatum etiam pro-  
prijs delictis, exiliasti eum in tuo iusto iudicio, Deus, de paradiſo  
in mundum hunc: & conuertisti eum in terrā, ex qua uenit, dispo-  
nens ei regenerationis salutem, quæ est in ipso Christo tuo. Non e-  
nim conuertisti plasma tuum in finem, quod fecisti benignè: neq;  
oblitus fuisti opus manū tuarum, sed uisitasti multis modis per  
uiscera misericordiæ tuæ. Misisti enim prophetas, fecisti uirtutes  
per sanctos tuos, qui per singulas generationes & generationes  
glorificarunt te. Locutus fuisti nobis per os seruorum tuorum pro-  
phetarum, prænuncians nobis futuram fieri salutem: legem dedi-  
sti in adiutorium, angelos constituiſti custodes. Quando autem  
uenit plenitudo temporis, locutus es nobis in ipso filio tuo, per  
quem & secula fecisti, qui est splendor gloriæ tuæ, & figura substâ-  
tiæ, portans etiam omnia uerbo uirtutis sua. Non enim rapinam  
arbitratus est, esse æqualis tibi Deo patri: sed Deus cum sit ante se-  
cula:

cula, in terra uisus est, & inter homines conuersatus est, & ex uirgine sancta natus, exinanivit seipsum, formā serui accipiens, conformis factus corpori humilitatis nostrae, ut nos conformes faceret imagini glorie suae. Quia enim per hominem peccatum introiuit in mundum, & per peccatum mors properauit, bene placuit unigenito filio tuo, qui est in sinibus tuis Dei patris, factus ex muliere, sancta Dei genitrice, & semper uirgine Maria, factus sub lege, condemnare peccatum in corpore suo: ut qui in Adam mortui eramus, uiuificaremur in ipso Christo tuo: & inhabitans mundo hoc, dans precepta salutis, discedere nos ab erroribus idolorum, induxit nos in agnitionem ueritatis tuae ueri Dei, & patris: acquirens nos sibi ipsi populum acquisitionis, regale sacerdotium, gentem sanctam: & purgans nos in aqua, & sanctificans Spiritu sancto, dedit seipsum commutationem morti, in qua tenebamur uidenti sub peccato: & descendens per crucem ad inferos, repletet in seipso omnia, absoluit dolores mortis: & resurgens, ac iter faciens omni carni ad ex mortuis resurrectionem, sicut non erat possibile teneri sub corruptione principem uitæ, factus est primitiæ dormientium, primitius ex mortuis, ut sit ipse omnia in omnibus primatum habens. Et ascendens in celum, sedet in dextra magnitudinis tuæ in excelsis, qui tueruntur est reddere unicuique secundum opera sua. Dimisit autem memorantes salubris sue passionis, ista quæ proposuimus secundum sua mandata. Debens enim exire in uoluntariam & beatissimam & uiuificam suam mortem, in nocte qua tradebat seipsum pro mundi uita, accipiens panem in sanctis suis, & immaculatis manibus, & ostendens tibi Deo & patri, gratias agens, benedicens, sanctificans, frangens:

Et uoce altiori: Dedit sanctis suis discipulis & Apostolis, dicens: Accipite & manducate: Hoc est corpus meum, quod pro uobis frangitur, in remissionem peccatorum.

Populus respondet, Amen.

Iterum secretè: Similiter & calicem de genimine uitis accipiens, miscens, gratias agens, benedicens, sanctificans, dedit sanctis suis discipulis & Apostolis, dicens:

Et altiori uoce: Bibite ex hoc omnes: Hic est sanguis meus novi Testamenti, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Populus responderet, Amen.

Secretè iterum: Hoc facite in meam commemorationem. Quo-

ties enim comeditis panem hunc, & calicem istum bibitis, meā mortem annunciate, meā resurrectionē confitemini. Memorātis ergo, Domine, & nos salutarium eius passionum, uiuificiæ crucis, triduanæ sepulturæ, ex mortuis resurrectionis, in cœlum ascensionis, in dextera tua Dei & patriæ sessionis, & gloriolæ aeternib[us] secundæ eius præsentia.

Et uoce excelsiori: Tua extuis tibi offerimus, per omnia, & in omnibus.

Populus: Tibi hymnum dicimus, te laudamus, tibi gratias agimus, Domine, & postulamus te, Deus noster.

Pontifex secrètè: Ideo Domine sanctissime, & nos peccatores, & indigni serui tui, qui constituti sumus ministrare sancto altari tuo, non propter iusticias nostras (non enim fecimus quid boni in terra) sed propter misericordias & miserationes tuas, quas effudisti ditaliter super nos, confidentes appropinquamus sancto altari tuo, & propónentes configuralia sancti corporis & sanguinis Christi tui, te obsecramus, & te postulamus sancte sanctorum, beneplacita tua benignitate, uenire Spiritum sanctum tuum super nos, & super propria munera ea, & benedicere ista, & sanctificare.

Modò erigit se Pontifex, & signat. Et ostendere panem quidem istum, ipsum honorificū corpus Domini, Dei & saluatoris nostri Iesu Christi: quod autem est in calice isto, ipsum sanguinem Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, qui effusus est pro mundi uita. Iterum inclinat se, & dicit: Nos autem omnes de uno pane & calice participantes, coadunati inuicem in unius Spiritus sancti cōmunione, & nullum nostrum ad iudicium aut condemnationem facias accipere sanctum corpus & sanguinem Christi tui: sed ut inueniamus misericordiam & gratiam in cœtu omnium sanctorum qui à seculo tibi placuerūt auorum, patrum, patriarcharū, prophetarū, apostolorū, euangelistarū, martyrum, confessorum, doctorum, & omnis spiritus iustorū, finem in fide habentiū.

Pontifex uoce excelsa: Præcipue sanctæ & intemeratae, benedictæ dominatricis nostræ, Dei genitricis & semper uirginis Mariæ.

Iterum secrètè: Sancti Iohannis præcursoris & baptistæ, sancti N. illius, cuius memoriam facimus, & omnium sanctorum tuorū, quorum postulationibus uisita nos Deus. Et memento omniū doctimentiū in spe resurrectionis uitæ æternæ, & refrigerā eos, ubi uisitat lux nultus tui. Adhuc te obsecramus: Memento sanctæ catho-

catholice & Apostolice Ecclesiae, quæ est à finibus usque ad fines orbis terrarum, & pacifica eam, quam tuam fecisti honorifico sanguine Christi tui, & sanctam domum istam confirmata usq; ad consummationem seculi. Memento, Domine, eorum qui munera ista tibi obtulerunt, & per quos & pro quibus ea obtulerunt.

Memento, Domine, frugiferorū & bene operantium in sanctis Ecclesijs, & memorantium pauperum, rettribue illis, diuitibus & cœlestibus donis tuis, da illis pro terrenis cœlestia, pro temporalibus æterna, pro corruptilibus incorruptibilia.

Vides agi de terrenis muneribus à populo ad altare in usum sacerdotum, & pauperum oblatis, non de oblatione corporis ac sanguinis Domini.

Memento Domine, eorum qui sunt in desertis & montibus & speluncis, & in cauernis terræ. Memento, Domine, eoru qui sunt in virginitate & uiduitate, & reuerentia, & monachali habitu, & uenerabili ciuitate degentes. Memento Domine, piissimi & fidelissimi nostri Imperatoris, quem decreuisti regnare super terram: armis ueritatis, armis bonæ uoluntatis corona eum. Obumbra super caput eius, in die belli: conforta brachium eius, exalta dextram eius, corroborata imperium eius: subditas fac illi omnes barbaras nationes, quæ bella uolunt. Tribue illi profundam & inablatam pacem. Loquere in cor eius bona pro Ecclesia tua, & omni populo tuo, ut in tranquillitate eius tranquillam & pacificam uitam peragamus, in omni pietate & uenerabilitate. Memento Domine, omnis principatus & potestatis, & qui sunt in palatio fratrum nostrorum, & omnis exercitus: bonos in bonitate cōserua, malos bonos fac in benignitate tua. Memento Domine, circumstantis populi tui, & pro certa causa remanentiū: & miserere eis & nobis, secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Promptuaria eorum adimple omni bono, coniuges eorum in pace & concordia conserua, paruos enutri, iuuentutem baiula, senectutem contine, pusilaniimes consolare, dispersos congrega, errantes reuoca, & coaduna sanctæ tuæ catholice & Apostolice Ecclesiae: energumenos à spiritibus immundis libera, nauigantibus connauiga, iter agentibus coitera: uiduis patrocinare, orphanos protege, captiuos liberata, infirmos sanata: qui in ergastulis & metallis, atq; exilijs seu amara seruitute, uel in quacunq; tribulatione & angustia siue anxietate sunt, releua. Memento Domine, & omnium petentiū magnam miseri-

misericordiam tuam, & omnium amantium nos, & odientium, & postulantum nos indignos orare pro illis. Et omnis populi tui memento, Domine Deus noster, & super omnes effunde diuitem misericordia tuam, omnibus, retribuēs quæ ad salutē sunt postulationes, & quorum nos memoriam non facimus, aut per ignoratiā, aut per oblitio[n]em, seu propter multitudinē nominum, ipse memento Deus, qui scis uniuscuiusq[ue] aetatem & appellationem, qui scis unumquenq[ue] de uentre matris suæ. Tu es enim, Domine, auxilium in auxiliatorum, spes desperatorum, laborantium salus, nauigantium portus, languentium medicus: ipse omnibus omnia sis, qui scis unumquenq[ue], & postulationem eius, domum & necessitatem eius. Eterne, Domine, ciuitatem hanc, & omnem ciuitatem & regionem à fame, pestilentia, terræmotu, demersione, igne, gladio, incutsu alienigenarum, & ciuili bello.

Modò excelsiori uoce: In primis memento Domine, Archiepiscopi N. quem de sanctis tuis Ecclesijs ad pacem, integrum, honorificum, sanum, longæuum, rectè tractantem uerbum ueritatis tuæ.

Iterum secretè: Memento Domine omnium Episcoporum orthodoxorum, rectè tractantium uerbum ueritatis tuæ. Memento Domine, secundum multitudinem miserationum tuarum, & meq[ue] indignitatis: indulge mihi omne delictū, uoluntarium, & non uoluntarium. Et non pro peccatis meis prohibeas gratiam sancti tui Spiritus à propositis muneribus. Memento Domine, honorifici presbyteratus, qui est in Christi ministerio, & omnis sacerdotalis ordinis. Et neminem cōfundas circumstantium sancto altari tuo. Visita nos in bonitate tua, Domine: appare nobis in diuitiis tuis miserationib[us]. Bene temperatos & utiles nobis aeres tribue, pluuiam pacificam ad fructificationem terræ largire. Benedic coronā anni, benignitatis tuæ. Comprime schismata Ecclesiarum, extingue incurSIONES gentium, hæresum insurrectiones citè destrue uitute Sancti tui spiritus. Omnes nos suscipe in regno tuo, filios lucis & filios diei ostendens. Tuam pacem & tuam charitatē dā nobis, Domine Deus noster. Omnia enim dedisti nobis.

• Et uoce excelsori: Da nobis uno ore, & uno corde glorificare, & laudare honorificissimum & magnificissimum nomen tuum, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nunc, & semper, & in secula seculorum. Populus: Amen.

Pontifex:

Pontifex: Et sicut misericordia magna Dei, cum omnibus uobis.  
Populus: Et cum spiritu tuo.

CANON HIERVIRGIAE CHRYSOSTOMI, OLIM CIRCA annum Domini 1170 à Leone Tusco, Epistolarum apud Emanuelem Imperatorem interprete, & à Iohanne Hofmeistero Priore Augustinianorum Colmarie, anno 1540, cum prefatione Beati Rhenani impressæ.

**S**anctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. His ita prouinciatis, dicunt subdiaconi: Quicunq[ue] estis fideles orate.

Sacerdos rursus orat: Cum his & nos beatarum uirtutum agnibus clemens domina clamamus & dicimus, Sanctus es, & sanctissimus est unigenitus filius tuus, cum sancto Spiritu, & magnificètissima gloria tua: qui adeò mundum dilexisti, ut filium tuum unigenitum dares, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam: qui ueniens completo omni pro nobis mysterio, nocte qua tradebaris, magis autem tradebas te ipsum pro mundi uita, panem accipiens, cum sanctis tuis & immaculatis & impolutis manibus: cum gratias egisses, benedixisti, sanctificans & frangens, sanctis tuis discipulis & Apostolis tuis tribuisti dicēs: (Exaltat uocem) Accipite & comedite, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur, in remissionem peccatorum.

Clerus & populus: Amen.

Sacerdos: Similiter autem & calicem, postquam cœnauit dicēs: (Exaltat uocem) Bibite ex hoc omnes. Hic meus sanguis noui Testamenti, qui pro uobis & pluribus effunditur, in remissionem peccatorum.

Clerus & populus: Amen.

Sacerdos pronus: Memores igitur salutaris huius mandati, & omnium eorum quæ pro nobis facta sunt, crucis, sepulture, resurrectionis triduanæ, ad cœlos ascensionis, sessionis ad dextram, secundi & glorioſi rursus aduentus.

(Eleuatio uocis.) Tua ex tuis offerentes per omnia & in omnibus.

Clerus & populus: Te laudamus, te benedicimus, tibi agimus gratias Domine, & exoramus te Deus noster.

Sacerdos: Adhuc offerimus tibi rationabile ac incrucatum hoc obsequium: & precamur, & supplicamus, & depositimus, ut mit-

S A C R A E   C O E N A E  
tas Spiritum tuum sanctum super nos, & super haec apposita mu-

nera.

Et erigens se, & tertio consignans sancta munera dicit: Et fac pa-

nem istum quidem, preciosum corpus Christi tui.

Diaconus assisens: Amen.

Et quod est in calice isto, preciosum sanguinem Christi tui.

Diaconus: Amen.

Permutatis sancto Spiritu tuo.

Diaconus: Amen.

Sacerdos rursus orat: Ut fiat communicantibus in emundatio-

nem animae, in remissionem peccatorum, in communionem san-

cti Spiritus, in regni plenitudinem, in fiduciam ad te, non in iudi-

cium, neq; in condemnationem. Adhuc offerimus tibi rationa-

bile hoc obsequiu pro fideliter dormientibus, pro patribus, & pro

auis nostris: interuentibus patriarchis, prophetis, Apostolis, mar-

tyribus, confessoribus, & omnibus sanctis. Exaltat uocem: Prae-

pue autem sanctissima, intemerata, super benedicta regina nostra

Dei genetrice, & semper uirgine Maria.

Hic autem qui stat in choro, post sanctum altare diaconus, qui

fecerat continuatam orationem, pronunciat: Et pro uniuersorum

cogitationibus, ut Deo placeant, exoremus. Clerus & populus: Et

pro salute omnium & uniuersorum.

Diaconus interea suggesterit, ut pro defunctis fiat oratio. Sacer-

dos: Sancti Iohannis baptiste, prophetae & præcursoris sanctorum

& nominatissimorum Apostolorum, & sancti huius cuius memo-

riam agimus, & omnium sanctorum supplicationibus, uisita nos

Deus: & memor esto omnium in Domino morientium, & in spe

resurrectionis æternæ uitæ: ac requiem præsta eis, ubilumen ual-

tus tui superintendit. Et adhuc precamur te: Memento Domi-

ne, omnium Orthodoxorum episcoporum, restè tractantium uer

bum ueritatis tuae, & omnium presbyterorum Christo mini-

strantium, & omnis sacerdotalis ordinis. Amplius obtulimus

tibi hanc rationabilem hostiam pro orbe, pro sancta catholica

& Apostolica Dei Ecclesia, & his qui casta in conuersatione ac

sobria degunt, pro fidelissimis & Deo dilectissimis Imperato-

ribus nostris & toto palatio, & omni exercitu eorum: da eis Do-

mine pacificum imperium, ut & nos in tranquillitate eorum quie-

tam & tranquillam uitam degamus in omni Dei cultu & sobrietate.

Exaltat

CANONES VETVSTISSIMI. 152

Exaltat uocem: In primis memento Domine Archiepiscopi nostri, talis: quem concede sanctis tuis Ecclesijs in pace saluum, honorabilem, Ianum, in longitudinem dierum, & recte tractantem uerbum ueritatis tuæ.

Post hanc sacerdotis pronunciationem, diaconus qui sanctum Euangeliū dixit, acutiori uoce profert hæc, si fuerit aliqua magna festiuitas: Michaelis sanctissimi & uniuersalis patriarchæ longa sint tempora. Eleutherij Alexandriæ, Cyrilli Antiochiae, Leonij Hierosolymorum, longa sint tempora.

Et pro offerente sancta munera hæc, Domino Deo nostro, sacerdote uenerabilis presbyteri eius quæ in Christo est ministratio-  
nis, & omni sacerdotali ordine. Et pro Imperio, uictoria & perse-  
uerantia piissimorum & Christo dilectorum Imperatorum Ema-  
nuelis & Mariæ, Alexij Magni Imperatoris & Porphyrogeniti: &  
pro pace & bono statu totius mundi & sanctissimarum Ecclesia-  
rum: & pro redemptione fratrum nostrorum captiuorū: & pro ea  
quæ Christum diligit militia: & pro circustante populo, & pro u-  
niuersis fidelibus Deum deprecemur.

Et populus id idem acclamat.

Sacerdos orat: Memento Domine, ciuitatis in qua habitamus,  
& omnis ciuitatis, & regionis, & eoru qui fideliter inhabitant eas.  
Memento Domine nauigantium, iter agentium, ægrotantium, la-  
borantium, captiuorum, & salutis eorum. Memento Domine,  
fructiferorum & bene operantium in sanctis tuis Ecclesijs: & eoru  
qui pauperum curam agunt, & super nos omnes misericordiam  
tuam transmitte. Exaltatio uocis: Et da nobis uno ore & uno  
corde glorificare & laudare honorificentissimum et magnificenter-  
mum nomen tuum, patris et filii et spiritus sancti.

Clerus & populus: Amen.

Sacerdos: Et sit super nos misericordia magna Dei, & saluatoris  
nostris Iesu Christi. Et clerus & populus: Et cum spiritu tuo.

Deinde facit crucem super populum. Et diaconus: Omnia  
sanctorum memoriam facientes, iterum & iterum pro pace Domi-  
no supplicemus.

Clerus & populus: Kyrie eleison.

Pro oblatione & sanctificatis preciosis donis Dominum deprece-  
mur.

Clerus & populus: Kyrie eleison,

Vt clemēs Deus qui suscepit ea in sancto & cœlesti & intelligibili altari suo, mittat nobis propterea gratiam & donum sancti Spiritus.

Clerus & populus: Kyrie eleison.

Opitulare, salus & custodi nos, Deus, tua gratia: Diem omnem perfectam, sanctam, pacificam, & sine peccato à Domino deposcamus.

Clerus & populus: Præsta Domine.

Angelum pacis, fidelem duftorem, custodem animarum & corporum nostrorum à Domino petamus.

Clerus & populus: Præsta Domine.

Veniam & remissionem peccatorum nostrorum à Domino petamus.

Clerus & populus: Concede Domine.

Vt reliquum tempus uitæ nostræ in pace & sanitate expleamus, à Domino deposcamus.

Clerus & populus: Præsta Domine.

Bonum finem uitæ nostræ, inlamentabilem, inconfusum, & congruam responsionem ante formidolosum tribunal à Domino petamus.

Clerus & populus: Concede Domine.

Vnitatem fidei, & communicationem sancti Spiritus, petentes nobis meti ipsi, & ad inuicem omnem uitam nostram Deo commēdemus.

Clerus & populus: Tibi Domine,

Interea dicitur hæc oratio à Sacerdote: Tibi commendamus omnem uitam nostram, & spem dominator clementissime: & precamur & supplicamus, ut mereamur communicare cœlestia & terribilia mysteria tua, huius sanctæ & Spiritualis mensæ, in pura conscientia, in remissionem peccatorū, in ueniam delictorum, in Spiritus sancti cōmunicationem, in regni cœlorum hæreditatem: non in iudicium, uel in condemnationem. Et dignos fac nos Domine, ut cum fiducia indemniter audeamus invocare te cœlestē Deum patrem, & dicere:

Clerus & populus: Pater noster qui es in celis, &c. quoniā tuū est regnum, & uirtus, & gloria patris & filij & Spiritus sancti.

Clerus & populus: Amen. Sacerdos: Pax omnibus.

Clerus & populus: Et cum spiritu tuo.

¶ Adiçiamus.

¶ Adiçiamus sanè etiam istud horrendum monstrum blasphemati Papistarū canonis, cuius gratia omnes priores adscripti sunt, ut uideat pius Lector, quanto fuerit ueritas purior ac sincerior, quām est istud præsens regnum Babylonie idolomania. Hoc igitur modo iste polyphemus filium Dei, eiusq; unicum passionis sacrificium blasphemat.

Te igitur clementissime pater, per IESVM Christum filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus ac petitum: uti accepta habeas & benedicas Hęc t̄ dona: hęc t̄ misera: hęc t̄ sancta sacrificia, illibata in primis, quae tibi offerimus, pro Ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adiuuare & regere digneris, toto orbe terrarum: uña cum famulo tuo Papa nostro N. & Antistite nostro N. & omnibus Orthodoxis, atque catholicae & Apostolicae fidei cultoribus.

*Oratio pro uiuis.*

Memento Domine famulorum famularumq; tuarum N. & omnium circumstantium: quorum tibi fides cognita est & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus, uel qui offerunt tibi hoc sacrificium laudis pro se, suisq; omnibus, pro redemptione animarum suarum: pro spe salutis et incolumentis suæ tibi reddunt uota sua, æterno Deo uiuo et uero.

*Infra actionem.*

Communicantes, et memoriam uenerantes, in primis gloriose semperque virginis Mariæ genitricis Dei, et Domini nostri IESV Christi: sed et beatorum Apostolorum ac martyrum tuorum Petri et Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis et Thadæi, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chrysogoni, Iohannis et Pauli, Cosmæ et Damiani: et omnium sanctorum tuorum, quorum meritis precibusq; concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio: per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

*Infra actionem:*

Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus Domine, ut placatus accipias, diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum iubeas grege numerari, per Christum, &c.

## Oratio.

Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus bene*†*di:  
Etiam, ascrip*†*tam, rationabile*†*, acceptabile*†*q*uæ*; facere digneris: ut  
nobis cor*†*pus & sanguinis fiat dilectissimi filii tui Domini nostri  
Iesu Christi.

**Alexander.** Hic accipiat hostiam in manibus, dicendo: Qui pridie quâm pa-  
teretur, accepit panem in sanctas ac uenerabiles manus suas, et ele-  
uatis oculis in cœlum, ad te Deum patrem suum omnipotentem,  
tibi gratias agens, bene*†*dixit, fregit, deditq*uæ*; discipulis suis dices:  
Accipite et manducate ex hoc omnes: Hoc est enim corpus meū.

Hic deponat hostiam, et levet calicem: Simili modo, postquam  
cœnatū est, accipiēs et hunc praeclarum calicem in sanctas ac uene-  
rabiles manus suas, item tibi gratias agens, bene*†*dixit, deditq*uæ*; di-  
scipulis suis, dicens: Accipite, et bibite ex eo omnes: Hic est enim  
calix sanguinis mei, noui et æterni Testamenti, mysteriū fidei, qui  
pro uobis et multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc  
quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Hic depo-  
nit calicē. Vnde et memores Domine nos serui tui, sed et plebs  
tua sancta Christi filij tui Domini nostri, tam beatæ passionis, nec  
non & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriose ascensio-  
nis, offerimus praeclaræ maiestati tue*†*, de tuis donis ac datis, ho-  
stiam *†*puram, hostiam *†*sanctam, hostiam *†*immaculatam, panem  
*†*sanc*†*um uitæ æternæ, & calicem *†*salutis perpetuæ.

## Oratio.

Supra quæ propitio ac sereno uultu respicere digneris, & acce-  
pta habere: sicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iu-  
sti Abel, & sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ: & quod tibi ob-  
tulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium,  
immaculatam hostiam.

Hic inclinet se, & dicat. Oratio.

Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perfetti per  
manus sancti angeli tui, in sublime altare tuum: in conspectum di-  
uinæ maiestatis tuæ, ut quotquot ex hac altaris participatione sa-  
cro*†*santum filij tui cor*†*pus & sanguinem sumperimus, omni  
bene*†*dictione cœlesti & gratia repleamur: per eundem Christum  
Dominum nostrum, Amen.

Commemoratio pro defunctis.

Memento etiam Domine famulorum, famularumque tuarum,

N. qui

## CANONES VETVSTISSIMI. 155

N. qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis: ipsis Domine & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerij, lucis & pacis ut indulgeas deprecamur: per eundem Christum Dominum nostrum, Amen.

Hic percutiat pectus suum, aliquantulum altius dicens:

Nobis quoq; peccatoribus famulis tuis, de multitidine miserationum tuarum sperantibus, partem aliquam & societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis, & martyribus, Iohanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agneta, Cecilia, Anastasia, & omnibus sanctis tuis: intra quorum nos consortium non æstimator meriti, sed uenient quæsumus largitor admitte: per Christum Dominum nostrum. Hic non dicitur, Amen.

Per quem hæc omnia Domine semper bona creas, sanctificas, uiuificas, benedicis, &c. præstas nobis: Per ipsum, & cum ipsis, & in ipso est tibi Deo patri, omnipotenti, in unitate Spiritus sancti, omnis honor & gloria.

BEAT RHENANVS VENERANDO PATRI IOHANNI HOFMEISTER, Priori Argentinum apud Columbariam, Theologo insigni, S. D.

**C**um nuper Bibliothecam cœnobij tui publicam aggressus es componere, diu negleatum, uolumen incidit in manus tuas Hugonis Eteriani, disputationes illas argutissimas, ac Missam Iohannis Chrysostomi Leone Tusco interprete continēs, quorum uteq; Constantinopoli uixit Emanuele Iohannis Imperante. Ex posteriore opusculo præsidium te naestum existimabas, à contemptu vindicandi in summa semper ueneratione habeam Liturgiam. Mihi certè cur gratissimum fuerit, haud postrema causa est, quod ritu ueterē ostendens, unde ipsum inoleuerit Mis-  
se uocabulū, per pulchrè docet: népe à dimissione populi, quæ bis in publico sacro fiebat: primū catechumenorū, deinde fidelium. Quam rem annotauit Isidorus Hispalensis, non ubiq; malus autor: siquidem magnam partem spectaculorum Septimij Tertulliani reperi apud hunc in fine libri decimi ostauit, ut de alijs locis etiam ali unde subleuis taceat. Isigitur in Lexico suo, capite de Officijs, libro sexto: Missa, inquit, tempore sacrificij est, quando catechume-

Missa à di-  
misiōe po-  
puli dicta.  
Isidorus.

ni foras mittuntur, clamante Leuita: Si quis catechumenus remansit, exeat foras. Et inde Missa. Quia sacramentis altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur. Hæc illic. Subscriptus Michael bens Isidoro, quem fortè legerat, Michael Ritius Neapolitanus, Ritius. in regia Francorum historia libro secundo: Missarum, inquit, mentione nos admonet originationem eius nominis indagare, ne quis ut sordidum respuat. Antiquitus in illa uaria Deorum superstitione, peracta re diuina, conuersus ad plebem sacerdos aiebat, *λατιν. xx.*  
*peccatis:* id est, populis missio, ut est apud Apuleium, quo uerbo potestatem faciebat abeundi uolentibus. Idem mos à nostris etiam seruatus est, ut libo iam libato, per ministrum pronuncietur, *ITB*

MISSA E S T.

Id idem ualeat, quod Ilicet, Id est, ire licet. Nam nostre religionis autores indifferenter usurpasse missionem, missamque, restis est Cyprianus, qui remissam peccatorum s̄epe scribit, & id genus alia permulta. A' parte ergo totum sacrificium Missa nominatum, quasi missio. Haec tenus Ritius. Addere libet hoc loco,

**Remissa.** Septimum Tertullianum pro remissione, remissam usurpasse, ante Cyprianum, libro aduersus Marcionem quarto. Diximus, inquit, de remissa peccatorum, quemadmodum in proxima editione, fidem Gorziensis codicis secuti, castigauimus: etiam Missæ mentione in scholijs illic facta. Nam sicut illud Græcorum, Attenti si-

**mus.** mus, siue, Attendamus, & id etiam nostrū. Sursum habeamus cor-  
**Sursum** da, Gentilium imitatione dictum est: apud quos in sacrificio clama-  
**corda.** bat præco, Hoc age. Ita antiquissimis doctissimis q̄; nostræ reli-  
**Hoc age.** gionis magistris etiā illud ab Ethniciis mutuari placuit, Ite Mis-  
**Ite, Missa** sa est: quali propemodum oratione Consul Romanus Senatum di-  
**est.** mittebat. Hanc consuetudinem de dimissione populi indicat di-  
**Ambrosius** uus Ambrosius epistola trigesimateria libri quinti: Erat autem, inquit, Dominica post lectiones atque tractatū dimissis catechu-  
menis, symbolū aliquib. competitib, in baptisterijs tradebā basi-  
licæ. illuc nunciatiū est mihi comperto, quod ad Portianā basilicam  
de palatio decanos misissent, & uela suspenderent, populi partē eō  
pergere. Ego tamen mansi in munere. Missam facere ccepi. In quib.  
uerbis, quod dixit, Post lectiōes: intelligit uel propheticā, uel Paulinam, & ipsum Euangeliū. Tractatum uocat, cōcionem ad popu-  
lum, ut in hac ad Epistola infrā: Dum hæc tracto, suggestū est mihi. Sic Cyprianus in epistola ad Antonianū: Ego prius legeram, &  
Episcopo tractante cognoueram, non sacrificandum idolis. Et Au-  
relius

relius Augustinus tuus, Homilias suas in Ioannem uocat Tractatus. Sequitur: Dimissis catechumenis. Hic audis Missam, id est dimissionem catechumenorum, quibus non licebat interesse mystérijs, ceu nondum iniciatis per baptismū. Horum perfectissimi, iam satis instituti in his quæ pertinent ad religionē, & quibus ad lubet serer Christianismus, appellabantur Competentes, tanquam qui iam baptismum peterent, cuius erant de proximo candidati. His regula fidei, symbolum tutò credebatur apud fontes baptisteriorum. Atq; hoc est quod ait: Symbolum aliquibus competentibus in baptisterijs tradebam basilicæ. Addit paulo post: Ego tamen mansi in munere, Missam facere ccepi. Vbi loquitur de Missa si delium, qui sacrosanctæ communionis futuri participes in templo remanebant. Nam in singulis sacrificijs proclamante diacono, qui primum catechumenos, deinde fideles ipsos dimittebat, Ite, Missa est: ita Missæ uocabulum auribus populi insonuit atq; inhæsit, ut ab ea solenni dimissione, Liturgiam ipsam non aliter quam Missam dicitare consueuerit. Et uulgo quidem id temporis receptam sacrificij nomenclaturā, etiam docti coacti sunt usurpare, & tota posteritas. Sic autem Ambrosius dicit Facere Missam, ut auto *Facere Missas* Sacrum facere, & facere sacrificium. Apud Gratianum quoque Gelasius pontifex Romanus hoc loquendi modo utitur. Et missas, inquit, eum facere nullo modo permittat. Porro ex his quæ modò retulimus, facile est intelligere, id quod idem Gratianus ex actis Concilij quarti apud Carthaginem celebrati, citat in hæc uerba: Episcopus nullum prohibeat ingredi in Ecclesiā, & audi uerbum Dei, sine gentilem, siue Iudæum, siue hæreticum, usque ad Missam catechumenorū. ubi pro missione propriè Missam accipit: hoc est, donec catechumeni ex more dimitti solent. Erat & altera adhuc Missa fidelium, ceu diximus, quando peracto iam sacro fideles dimittebantur, clamante rursum diacono, Ite, Missa norum. est: qui mos etiam nunc seruatur. Hodie illi tui in oppido uicino, qui te scripturas tractantem, singulis diebus festis audiunt, ultra Missam catechumenorū uix manent: & qui sigillatim ac cunctanter intrauerant, cateruatum extra fores templi proruunt, uelut Mis- sa fidelium, in qua ipsa mysteria peraguntur, nihil ad eos pertineat. Sed hoc iam olim questus est Arelatensis Cæsarius præcipue, de non expectata sacerdotali benedictione: & diuersorum concilio- rum sanctiones id ualere prohibent, ut nosti. Quoniam autem

Competen-  
tes.

Ambrosius post Missam, hoc est, dimissionem catechumenorum, Ego tamen (inquit) mansi in munere, Missam facere cœpi: Missam vulgi more pro sacrificio sumit. Recte equidem Rabanus ille Maurus, Magontiacensis episcopus, in libello de Institutione clericorū: Quæritur, inquit, in quo loco inchoetur officium Missæ. Et si forte quis ad totum officium non occurrerit, ubi præsentare se debeat in initio Missæ. Nobis uidetur, Missam uocari ab eo loco, ubi incipit sacerdos sacrificium Deo offerre, usq; ad ultimam benedictionem, qua clamante Leuita dicitur, Ite Missa est. Hactenus Rabani uerba retulimus. Iam & hoc consideratu pulchrū est, quod Missa ueterum, cuius hinc specimen habemus iuxta cōsuetudinem Ecclesiæ Constantinopolitanę, & cuius formam apud uetusissimas proculdubio Orientis Ecclesias obseruatam Magnus ille Dionyfius recenset, publica fuisse uidetur. Nam Missæ priuatæ an ueteribus in tam frequēti usu fuerint, ut sunt hodie, quidam addubitāt. Certè ipsæ præbendarum institutiones, si quis tabellas cōscriptas inspiciat, & ararum in nostris basilicis superadditicia structura, no uitatem præ se ferunt. Eæ apud Gratianum Peculiares appellantur, solennibus etiam diebus à sacerdotibus fieri solitæ, ubi hanc sanctionem pridem legisti. Et hoc attendendum, inquit, ut Missæ Peculiares, quæ per dies solennes à sacerdotibus fiunt, nō ita in publico fiunt, ut propter eas populus à publicis Missarū solennibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abstrahatur: sed sacerdotes qui in circuitu urbis, aut in eadem urbe sunt, & populus, in unū ad Missarum publicam celebrationem conueniant. Hæc ex Gratiano.

Ciuitaten- Proinde tu, qui Magontiaci habitasti, non miraris, cur clericci ci-  
ses dioce- uitatenses omnes (sic enim Agathense conciliū alicubi nominat,  
sancti. & à die cesanis distinguit) in æde sacra maiori, conueniant festo  
Dioceſa- die solenni. Id nimirum sit, ut constitutioni modo recitatæ sati-  
fiati. Quin hac de causa rotacella, siue ædiculas uidemus cathe-  
Sacella ca- dralibus templis adhærentes, in quibus sancti viri Deo priuatim  
thedralium litabant, ne populum à publica Missa abstraherent. Cum in ma-  
basilicarū gnis Imperij comitijs, quæ Carolus Augustus abhinc decennium  
unde? apud Augustam Rhetiæ celebrait, templum ibidem Episcopale  
perlustrarem, ostensum mihi fuit obscurum facellū, in quo diuus  
Vdalrichus eius urbis antistes seorsum sacrificare cōsuevit. Si-  
mile mihi Constantiæ ad lacum Brigantinum fuit demonstratum,  
Capellæ. priuatis sanctissimi Chonradi sacrificijs nobile: uulgas Capellas:  
appellat.

appellat: quam uocem Francis ueteribus debemus, qui in Gallij<sup>e</sup>  
regnum constituerunt, & Germanica lingua sunt usi. Occasio no  
uæ uocis hæc fuit: ut hoc obiter narrem ex annotatione codicis cu  
iusdam peruetusti desumptum Nouientensis monasterij, quem ti  
bi præbui inspiciendū, ne quis à me confitum putet. Diuus Mar  
tinus Ludouico regi illi (barbara pronunciatione Clodoueus no  
minatur) qui fidem Christianam ex Francis primò suscepit, à Re  
migio tinctus, adeò obseruatus fuit, ut pleraq; bella ope eius diu  
ex uoto cōficerit: quosū minimū non est illud aduersum Visogo  
thos gestū. Extat apophthegma, relatū in annalib. Francorū: Bon<sup>vnde.</sup>  
sanè Martinus in auxilio, sed carus in precio. Frequenter igitur p̄  
sentissimum Martini numerū experti, tandem eucullum (qui Fran  
cis & Germanis cappa, atq; cappula dicitur per diminutionē) de illius pallio nacti, quod nigrum & pendulum ac amphibalon fuis  
se Seuerus Sulpitius docet (ubi fortè amphimallon legendū, ut u  
trinquo uillosum accipias, uidelicet non amictus modō, sed & stra  
gulæ uestis usum suppeditans. nam amphiphalon, hic locum non  
habet) Huiusmodi inquam capitis amiculum adepti de pallio di  
ui, ipsi capellam sancti Martini, nominabāt sua lingua, *Sant Martens Cappell.* Hancq; non solum domi, ceu rem sacram colebant, uerum  
etiam secum in militiam ferebant tot nationum uictores Franci.  
Locus in castris, ubi seruabatur, tentoriolo obduci solitus, & tem  
poraria structura exornari magnæ erat uenerationi uniuersis quæ  
uocitabant, das Cappell: figuratè pro continente contentum usurpā  
tes. unde factum est, ut quibusuis postea facellis id nomen tribue  
retur. In actis concilij Triburiensis recentius habiti, citante Gra  
tiano legitimus: Sicubi à Normānis & Sclavis ab Vngaris & malis  
Christianis, seu qualicunq; modo ecclesiæ fuerint incensæ & cō  
bustæ, in capellis cum tabula consecrata Missas iterum celebrari  
permittimus. Vbi interpres: Fortè capellæ non erant, inquit, olim  
ecclesiæ: cum antiquitùs diceretur Capellæ tuguria caprarum pel  
libus testa. Audis perbellam etymologiam. Ab illa sua cappella  
reges Francorum sacrificium priuatum cum his, nunc militia,  
quod frequenter admodum eueniebat, nunc peregrè uersantibus,  
cum ob ardua subinde negotia non liceret semper interesse pu  
blicis Missis, Cappellanum nominabant, & archicappellanum: *Cappella*  
uel quodd principis esset Cappellanus, uel quodd cæteris p̄æsset: *Archicap*  
nil grammaticorum p̄æceptionem curantes, qua Græca cum *pellanus*.

Latinis

Latinis componi prohibent, ne dicam cum barbaris. Archicappellanorum officium fuit, etiam tabulas atq; Imperiales annotationes cognoscere, quas omnes Latinè prescribi mos erat. Est penes me exemplum literarum Ludouici regis, qui caroli Magni pronopos fuit, sic subscriptum: Ernestus cancellarius ad uicem Theotomari archicappellani recognouit. Et alterum Othonis 1. Aug. cum hac subscriptione: Vuilligisus cancellarius uice Roberti archi cappellani notaui. Dignitas enim esse cœperat. Et habet hunc titulum abbas Fuldensis, ut sit archicappellanus Augustæ. Sed quod abbas ar- erat peculiare regibus, statim cum principes, tum inferioris ordinis proceres usurpare cœperunt: mox, alij diuitijs insigniores, ut proprium cappellanū quisq; haberet. Aded cunctis libet, eos qui

*Fuldenſis* in fastigio rerum positi sunt, imitari, & illis quatenus licet sese æquare. Idē accidit in sepulturis. Olim episcopi, sacerdotes & principes, autores structuræ, tantum intra templorum muros sepeliebantur, hodie eò uentum est, ut quilibet cerdo in medio basilicæ uelit humari: ut aedes sacræ Christianorum, quas mundas esse conueniebat, polyandria sint, & cadauerum receptacula. Enim uero, ut ad propositum redeam, Missæ publicæ tanta populi religione, publicarū & tam frequenti conuentu siebant, solennibus duntaxat diebus, olim fre- ut in Francorum legibus, quæ ipsi capitula uocitabant, & alijs præ quens con- scriptiōnibus præcedētium seculorum, quoties præfinitum termi- uentus. num nominare opus est, ad Missam Iohānis, uel Andreæ uel Can- delarum Missam, aut inter duas diuæ Mariæ missas, (assumptionē & nativitatem intelligentes) aliquid faciendum definiant. Quoniam autem ad publicam Missam tanta populi uis undeq; aqua, cōfluebat, solebant & mercatores peracto sacro res uenales propone re, ex opportunitate frequentiæ popularis quæstum captantes. unde factum est, ut à Gallis & Germanis, Missæ uocabulum nundinis ac mercatui tribuatur. Vocant Missam Lugdunensem, Francofor- blicæ cur diensem, Antuerpiensem, ubi merces distrahuntur, solenni nego- abbatibus ciatorum conuentu. Proinde non est mirandum, cur Calistus pō- prohibite, tifex Romanus prohibuerit, ne Abbas publicas Missas cantet: & et iū Episcopis & Gregorius, ne Episcopi uel clerici in monasterio idem facere ten- tent, ne uidelicet (ut idem ad Castorium scribit) in Dei seruorum cleris intra recessibus, & eorum receptaculis, ulla popularis præbeatur occa- monaste- ria. Siquidem promiscua hominum multitudo, uiri, mu- lieres, adolescentes & puellæ, sacram etiam communionem (si qui- bus,

Missæ uocabulum nundinis ac mercatui tribuatur. Vocant Missam Lugdunensem, Francofor- blicæ cur diensem, Antuerpiensem, ubi merces distrahuntur, solenni nego- abbatibus ciatorum conuentu. Proinde non est mirandum, cur Calistus pō- prohibite, tifex Romanus prohibuerit, ne Abbas publicas Missas cantet: & et iū Episcopis & Gregorius, ne Episcopi uel clerici in monasterio idem facere ten- tent, ne uidelicet (ut idem ad Castorium scribit) in Dei seruorum cleris intra recessibus, & eorum receptaculis, ulla popularis præbeatur occa- monaste- ria. Siquidem promiscua hominum multitudo, uiri, mu- lieres, adolescentes & puellæ, sacram etiam communionem (si qui- bus,

bus collibusset) percipiebant, unà cum sacerdote: omnibus tam aperta & clara uoce pronunciatis, ut uernaculæ Gallorum simplicitati etiam num omnis Missa cantari dicatur, etiam quæ in sacrificiis Gallis cursum recessu, nemine quicquam audiēte legitur. Itaq; nisi diuini Gregorij missale volumen obstatet, dubitari queat, num priuatae Missæ, siue peculiates in monasterijs primùm natae, siue certè magis dicatur. frequentatas appareret, nisi quòd olim non omnes monachi erant presbyteri. Gelalius papa apud Gratianum: Eleutherius, inquit, pater & coepiscopus noster, queritur, quòd mater eius in casa quæ castellum dicitur, oratorium construxerit, ac dedicauerit, & in eodem loco monachos constituerit, ex quibus unus est presbyter. Sed & diuus Franciscus Aſilias, recentioribus potius (quales sibi primum socios aſciuerit nempe) quām ueteribus annumerandus, laicos, & ipſe laicus (ut ex eius uita notum est) pauciores erant olim presbyteri, & pauciores etiam Missæ, fed non minor hominū religio. Pedibus enim in eorum sententiam ire cogor, qui putant nihil magis obesse uetustissimi ritus & sanatissimorum mysteriorum existimationi, quām quòd hodie ſic ad hęc peragenda continuè aſtriguntur sacerdotes quales quales, ceu conducantur operæ in metalla Vosagi montis, nobis uicini: nec exponuntur populo, quod maximè ad rem partinebat, precationes & collectæ Missarū: quibus nihil elegatiuſ, nihil magis pium. quod tamen haud inconsulto Comes quidam in sua ditione nupei (ut ſcis) fieri instiuit. Evidem rescriptum Leonis papæ ad Diſcorum Alexandri num episcopum, quod citat Gratianus, ſatis docet, olim in orientalibus Eccleſijs, unam tantum Missam fieri ſolitam, prima diei parte, conueniente populo: tamen Eccleſiam Romanam deuotioni plebis conſulentem, aliam habere conſuetudinem à maioribus acceptam. Rescriptum id ſic habet: Necelle est autem, ut quædam populi pars, ſua deuotione priuetur, ſi unius tantum Missæ more feruato, ſacrificium offerre non poſſunt, niſi prima diei parte conuenierit. Studioſe ergo fraternitatē tuam familiariter admonemus, ut quod noſtræ conſuetudini ex forma paternæ traditionis inſedit, tua quoque cura non negligat: ut per omnia nobis fide & actibus congruamus. Et reliqua: ex quibus uerbis appetit, propter Ante horam populi deuotionem ſacrificandi ueterem ritum (quem B. Platina tertiam ſa- in Telephoro, & Gratianus fuſſe tradunt, ut ante horam 3. ſacrificiū nō ciuii non fieret, excepto natali Dominico) iam olim fuſſe muta- ſiebat.

tum. nam hominibus obsecundantes pijs Pontifices, ne nulla populi pars, sua deuotione priuaretur, tempus sacrificij laxarunt. Quod si, referēte Gratiano, Soter papa statuit, ut nullus presbyterorum Missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibiq; respondentibus, & ipse tertius habeatur: negari non potest, Missam peculiarem esse antiquissimam. Cæterum illud ex actis concilij Toletani citat Gratianus: Componitur, inquit, Missæ, siue preces uel orationes, seu commendationes, seu manus impositiones, ex quibus, si nulla decantetur in Ecclesia, uacant omnia officia Ecclesiastica: ubi precum nomine fortassis non tam precatio-nes, quam ipsum canonē intelligere possumus, quem diuus Gre-gorius precem uocat. Componi uero Missas in uarium usum, in dicat Missalis ille codex, cuius antè meminimus, huiusmodi titu-lum habens: Liber sacramentorum de circulo anni, à Sancto Gre-gorio papa Romano editus, qualiter missa Romana celebretur. A libi eiusdem Acta concilij, Missam pro requie defunctorū promul-gatam commemorant, qua sacerdotes quidam suis inimicis mor-tem approperatui, extinctis luminaribus, & cultu funebri in aram industo, impiè abuterentur Nos uero nostræ Missæ ordinem, diuino Gregorio ferimus acceptum, cuius uitam describens Iohan-9. Pontifex Roman. huius rei facit mentionem. Sed & Gelasianum, inquit, codicem de Missarum solennijs, multa subtrahens, pauca conuertens, nonnulla uero superadijciens, pro exponentibus Euangelicis lectionibus, in unius libri uolumine coarctauit. Hęc il-le. Mutatis rebus, necesse fuit etiam mutare cæremonias. nam ca-techumeni deesse incipiebant, & hodie nulli sunt: quod si sint, ut existere possunt, Iudeis ad nos transeuntibus, & Turcis, quid attinet propter paucos ueterem repetere morem? Seorsum hos edoce-re mos est, & ad Baptismum præparare. Atq; hęc de Missa fortasse prolixius quam par est, in gratiam libelli ad me missi: quem nō lim totum tribuere diuino Chrysostomo, uel ob eam rem, quod alicubi oratio pro catechumenis, titulum Chrysostomi haber, quasi cætera non omnia sint eius. Evidem in horarijs preci-bus Græcorum, quem illi libellum ἀριθμοῦ ἀναλογιῶν appellant, istiusmodi Kontakijs, apolytikijs, & troparijs plena sunt omnia. Tamen peruetustus est, & singularem Græcorum erga sacratissi-mam Eucharistiam cultum docet: sed planè eius generis, cui quæ-dam adjici possint, & rursum demi quædam. Constantinopolita-

Missæ Ioan-nis Chryso-stomi.

na ecclesia habuit consuetudinem suam, & cæteræ ecclesiæ suam olim proculdubio, nec refert, in precibus ac cæremonijs uariationem esse, modò in ipsa re cōueniamus. Longū foret, si Mediolanè nensis ecclesiæ consuetudinem recensere uellem, qua hodieq; uis sit ecclesia rī & mulieres in hoc conducti, panem ac uinum in sacrificio inferunt, iuxta ueterē ritū. Libet receptui canere, sed subiuncta prius Gerundensis concilij constitutione, quæ extat apud Gratianum: Institutio Missarum, sicut in metropolitano Ecclesiæ agitur, ita in Dei nomine in omnibus prouincijs, tam ipsius Missæ ordo, quam psallendi uel ministrandi consuetudo seruetur. Si uidebitur tibi Erasmi nostri uersio plura cōtinere, ceu putas, quam ista Leonis Tusci, adiçere eam poteris, ut cum hac confiteri possit: siquidem fieri potest, ut diuersa secuti sint exemplaria. Accedet ad laudem Columba- Columbariæ, dudum optimos concionatores habentis, etiam illud, quod doctissimos literarum præceptores nausta est: quando natiores per istuc uenit Vuilelmus Hammerus Nouesiensis, ordinis prædi- catorij decus, qui suos utrancq; linguā miro candore docturus est. literarum. Video familiam Praedicatorum, breui uiris eruditissimis abunda- turam, nec enim in prælegendo cessabit, si auditores in discendo pro luni- non fuerint negligentes. Operæ precium feceris, si & tuos prouin- ciales illam Dominicanorum Academiolam accedere finas, præfer Oliueta id tim cui Græcè docebit. Eum uirum mihi salutabis. Recte uale, pa- est minister uenerande: & Aurelium Augustinū tuum euoluere totum per tri. ge. Datum Selestadij, nono calendas Februarias, Anno 1540.

IOANNES IX. PAPA, IN VITA GREGORII  
Magni, libro secundo.

Diuus Gregorius super corpora beatorum Petri & Pauli aposto-  
lorum, Missarum solennia celebrari decreuit. Acquisitis nume-  
rofissimis oliuetis (quorum summam in tabulis marmoreis p̄r-  
foribus eiusdem basilicæ annotauit) luminaria superaddidit, offi-  
cia sedula deputauit. De sepultura iuxta Ecclesiam commodum  
esperare prohibuit. Septem ex defensoribus honore regionario de-  
corandos indixit. Alleluia per extrema Pentecostes tempora dici. Pater no-  
ad Missas fecit. Subdiaconos expoliatos p̄cedere statuit. n̄p̄t̄d̄n̄ fler.  
cantari præcepit, & orationem Dominicam mox post canonē Constanti-  
super hostiam censuit recitari. De quibus cum postea quosdam nopolitana  
murmurare sentiret, tanquam qui Constantinopolitanæ Ecclesiæ ecclœ.

*Gregorius cōfuetudines sequeretur, piissimus pater non deditgnatus est redere rationem, dicens: Nos in nullo horum alias Ecclesia nō secūsus ob mutati sumus. Nam cum Alleluia hīc non diceretur, de Hiero iolymo-  
tātā Mīsa rūm ecclesia, ex beati Hieronymi traditione, tempore beatæ me-  
sam. mortis Damasi papæ traditur tractum. Et ideo magis in hac sede  
Ergo Mīsa illam consuetudinem amputauimus, quæ hic à Græcis fuerat tra-  
sa ante Gre dita. Subdiaconos autem ut spoliatos procedere facerē, antiqua  
gorium ma consuetudo Ecclesiæ fuit. Sed placuit cuidam nostro pontifici,  
gis Græcis nescio cui, qui eos uelitos procedere præcepit. Nam Silicæ ecclæ-  
sæ nunquid traditionem à Græcis acceperunt? Vnde ergo habet  
hodie, ut subdiaconi lineis tunicis procedant, nisi quia hoc à ma-*

*līgū iñēn  
tīv  
Grego  
rius inue-  
nit.  
Quotidi-  
ane Mīsse.  
Pater no-  
ster.  
Apostolo-  
rum mos.  
Precis no-  
mine cano  
nem intelli-  
git.  
Scholasti-  
eus autor  
canonis.  
Studium di-  
uersitatis.*

*līgū iñēn  
autem nos ne-  
que diximus, sicut à Græcis dicitur: quia in Græcia omnes simul  
dicunt. Apud nos uero à clericis dicitur, à populo responderetur. Et  
totidem uicibus etiam līgū iñēn dicitur, quod apud Græcos nul-  
lo modo dicitur. In quotidianis autem Missis ( alia quæ dici so-  
lent, tacemus ) tantummodo līgū iñēn & zygī iñēn dicimus,  
ut in his de precationis uocibus paulo diutiūs occupemur. Ora-  
tionem uero Dominicam idcirco mox post precem dicimus, quia  
mos Apostolorum fuit, ut ad ipsam solummodo orationem, obla-  
tionis hostiam consecrarent. & ualde mihi incoueniens uisum est,  
ut precem, quam Scholasticus composuit, super oblationem dice-  
remus: & ipsam traditionē, quam Redemptor noster composuit,  
super eius corpus & sanguinem nō diceremus. Sed & Dominica  
oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos uero à so-  
lo sacerdote catur. In quo ergo Græcorū cōfuetudines fecuti su-  
mus, qui aut ueteres nostras reparauimus, aut nouas & utiles con-  
stituimus, in quibus tamē alios nō probamus imitari? Ergo uestra  
charitas, cum occasio dederit ut ad Catanēsem ciuitatē perget, uel  
in Syraculanā ecclesia, eos quoꝝ credit aut intelligit, quia de hac  
re murmurare potuerūt, facta collocutione doceat, et quasi alia ex  
occasione eos instruere nō desistat. Nam de Constantinopolitana  
ecclesia quod dieunt, quis eam dubitet sedi Apostolicæ esse subie-*

*Gregorij Nam & piissimus Dominus Imperator, & frater noster e-  
modestia. iusdem ciuitatis episcopus, assidue profitentur. Tamē si quid bo-  
ni uel ipsa uel altera Ecclesia habet, ego et minores meos, quoꝝ ab  
illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, q  
in eo se primum existimat, ut bona quoꝝ uiderit, discere cōtemnat,*

¶ Valde

¶ Valde multa sunt in hac Rhenani Epistola, digna quæ obseruentur, tum de uarietate, tum de raritate Missarum: & in primis, quod olim tantum publicè Liturgię communionis causa, & nulle planè priuatæ celebrari sunt solitæ. Inde enim apparet, antiquitus Missam propriè nihil aliud nisi communionem fuisse, & non sacrificij ingentis meriti, omniaq; mala auertentis loco habitam. Alioqui si in ea veteres fuissent sententia, semper profectò fuissent priuatæ Missæ, semper etiam infinito numero cumulatæ, ad placandum tanto magis Deum, & remedium uariarum quotidianarumque difficultatum diuersorum hominum.

Obseruadum item, quod monet, etiam si hæc ab ipso edita Mis sa tota Chrysostomi nomine iam uenditur, non tamen totam eius inuentum, compositionemq; esse, nec ab eo sic in ordinem redactam, formatam ue esse. Quod etiam inde patet, quod non tantum hæc Græcæ Missæ forma, ab ea quā Erasmus uerit, item quā Ambrosius Pelargus Anno 1541 edidit, uariant: sed etiam, quod (teste Pelargo) eodem alia sit in Vaticano, quæ plurimū ab omnibus hisce discrepet. Ita quatuor multum uariantes Missarum formæ, sub unius Chrysostomi nomine uendantur: ut res ipsa manifestè arguat, falsò eas Chrysostomo tribui: & haud dubiè eius tempore, multo puriorem, sincerioremq; Missæ formam habitam. Nam ea certè quæ Dionysio in Ecclesiastica Hierarchia tribuitur, nusquam profectò sacrificare se, aut offerre uel pro uiuis uel pro mortuis, indicat.

Plura alioqui de uarietate Liturgicorum rituum dixi in Appendix uetustioris Latinæ Missæ, à me olim Argentinæ edita. Extant quoq; uarie Missæ à G. Cassandro editæ, sed summariae solum, quas itidem studiosus Lector diligenter excutiat. Quo idem (ut & suprà monui) intelligat, Missam semper quasi ludibriū quodam humani ingenij & audaciæ fuisse, dum alias aliter eam pro libitu fingit ac refingit, & ueluti pilam quandam cum suis collusoribus ultro citroq; iactat, pellit ac repellit.

Renera autem collatis omnibus Liturgijs, earumq; uetustatib, ac historijs, liquidò deprehendi potest, istam abominationem Missicam nihil aliud esse quam degenerem, aut prorsus corruptam, inuersamq; sacram communionem. Quam si quis apta similitudine pingere uellet, diceret, eam rariorū homuncionum inuentis ita austam, formatam ac transformatam esse, ut si nasus, qui ante

pulcherimam faciem tum ornabat, tum suos usus præstabant, ita noxiorum humorum affluxu crescat ac intumescat (sic ut in multorum ebriosorum facie cernere est) ut iam non ornet aut iuuet faciem, sed potius ueluti monstrum quoddam pulcherrimum hominem tum deformet, tum planè perdat. Sic sanè etiam reuera Missa tum deformat, tum destruit totam Ecclesiam ac religionem.

AMICA, HVMILIS ET DE=  
VOTA ADMONITIO M. FLACII ILLY-  
rici, ad gentem sanctam, regaleq; Antichristi sacerdo-  
tium, de corrigoendo sacro sancto canone  
Missæ,

Iesaiæ 28.

Verū hi quoq; præ uino nescierunt, & præ ebrietate (scilicet spirituali) erraverunt, sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à uino, erraverunt in ebrietate, nescierunt uidentem, ignorauerūt iudicium. Omnes enim mēs replete sunt uomitu sordibusq; (id est falsa doctrina & abusibus) ita ut non esset ultrà locus. Quem igitur iste talis docebit scientiam, & quem intelligeret faciet auditum?



v m pro meo erga uos Antichristi sacrificuli amore ob ueltras eximias uitutes cōcepto, de ueltris comodis, uestroq; sacerdimo cultu dies ac noctes cogitem, uobisq; boni aliquid facere percupiam: uenit mihi nuper in mentem uos nihil magis sacram habere, quam Canonem illum, quo piè creditis posse nos, tanquam magica aliqua precatiūcula, cœlo Deum detrahere (aut potius inferos excire) ac ex mortuis mundi elementis verum ac uiuentem omnipotentemq; Deum noua metamorphosi facere: eundem tamen Canonem non integrum habere.

Ea cogitatione perturbatus non parum dolui, nec omittere potui, quin uobis illas partes, quæ iam inuestro canone desunt, india dicaré. Verendū enim profectò alioqui est, ne dum mutilata mancaq; cōsecratione Missam missitatis, ac omnipotentē Deū humano generi placare, peccata hominum delere, regnum celorum aprire, plenitudinemq; redēptionis, quod Christus efficeret non potuit, uestro sacrificio inuenire conāmī, magis Deum offendatis,

quam

quām placetis. Affirmo igitur extra omnē iocum, coram Deo sancte hoc uobis, quod ex authētico codice, ubi canon aureis literis scriptus erat, has sequentes canonis partes descripsericim.

Primum in parte communicat̄ post Cosmæ & Damiani hæc adduntur: Damiani, Dionysijq; Bonifacij, Martini, Gregorij, Augustini, Hieronymi, Benedicti, nec non & illorum sanctorum, quorū solennitas hodie in conspectu maiestatis tuæ celebratur, Domine Deus noster in toto orbe terratum & omnium, &c. usq; ad, Et omnium sanctorum. Deinde in parte, Libera nos quæsumus, hæc interponuntur: Andrea nec non & beato Bonifacio martyre tuo, atque pontifice, cum omnibus, &c. Postremò & hæc integra precatio ibi extat, uestris uero Missalibus iam deest.

Memento mei quælo Domine, & miserere, licet hæc indignè tibi sancte pater omnipotens æterne Deus meis manibus offerantur sacrificia, qui nec inuocare nomen tuum dignus sum: sed quoniam in honore, laude & memoria glorioſissimi dilecti filij tui Domini Dei nostri Iesu Christi offeruntur, sicut incensum in conspectu diuinæ maiestatis tuæ cum odore suavitatis accendantur, per eundem Christum Dominum nostrum. Interponitur autem hæc ultima oratio post (Omni benedictione repleamur) ante illam (Memento etiam Domine famulorum.)

Præter codicis porrò authoritatem etiam hoc ipsum initium sequentis precatiōnis (Memento etiam) indicat præcessisse aliud Memento, aliamq; similem precatiōnem. Nam (etiam) similia copulare in tali significatione solet. Ad hæc & uerisimile est, sacrificium pro se quoq; orare. Deniq; & Vilelmus Durandus, qui uixit ante annos 260, in suo rationali diuinorum scribit, istam precatiōnem olim in antiquis codicibus extitisse, sed suo quoq; tempore in usitatis non inuentam.

Non dubito igitur prorsus, quin uestro canoni deficiat, ac interserenda sit. Cogitate enim quælo uos per ingentem uestram spiritualitatem, castissimumq; coelibatum, quomodo ex tam sancte orationis corpore, qua nihil sanctius in uiolabiliusq; habetis, ullum membrum sine graui scelere subtrahi possit?

Exoticus iste Sodomeorum episcopus affirmat concione decima, certum esse canonem inde ab Apostolis usq; hæc tempora in Ecclesia secundum omnes suas partes durasse. Quare uidete obseruo, quoniam traditionum Patrum ualde tenaces estis, ne hanc orationem

rationem porrò negligatis: sed quām primūm congregato carnalium fratrum aut etiam generali Synodo, promulgatisq; indulgentiis Bullis tū moneatis omnes homines ut orent uestri deum Maoz, ut uobis remittat istud tam grande peccatum, quōd hactenus hanc sacrosancti canonis nō paruas sanè particulas inter missandū, missandumq; neglexeritis, ac pro satisfactione tanti peccati stipem uberem conferant ad nunquam finiendam sancti Petri fabricam, ut sic Dei uestri, beatorumq; Apostolorum ira placetur? Tum etiam sub anathemate præcipiatis, ne quisquam porrò eas omitrat, vester enim cultus in eo consistit præcipue, ut (sicut & in Magia) omnia uerba & gestus exacte peragantur, & nihil prolsus omittatur.

Verū si quam rationabilem rationem habetis, cur omitti debet (quoniam, secundum uestri iuris sacrosanctos canones, Papa habet ius dispensandi contra Apostolos, & potest quoq; ex nihilo aliquid facere, est enim deus terrenus) curate saltem, ut decreto Papæ omissionis istarum partium comprobetur: alioqui multorum deuotorum conscientiae sauciabuntur, qui putabunt, uel mures istas canonis partes erosisse, uel negligētia aliqua omissas esse, atq; ita uestros spiritualissimos spirituales Ecclesiamque longo iam tempore errasse.

Indico etiam uobis in eodem codice non inueniri minorem canonem, & in enumeratione partiū Missæ clare excludi: quod profecto factum nō fuisset, si olim paruu canon tam sacrosancta Missæ pars fuisset, ac iam est. Vnde apparet, & castissimi patres, quanto uos maioribus uestris fœliciores sitis, ut pote quibus subinde aliquæ sacræ res accreuerint, & hodierna die adhuc crescant. Variant & monitiones de gestibus non parum in exemplatibus canonis scriptis aut impressis, in uerustioribus codicibus: quos quidem ego multis bibliothecis & templis perlustratis inspexi, nullæ protinus tales precatiunculae de gestibus extant. Vnde animaduerti potest, ueteres nimis rudes fuisse, ignorasseq; istas uestras pulcherrimas, planeq; theatro dignas gesticulationes.

Nec est quōd ueramini, ne aliquis Lutheranus hereticus hinc arguere uelit, certam esse hanc notam, canonē temerē pro uoluntate hominum iam creuisse, ac subinde in alijs atque alijs partibus muratū esse, atque ideo nullo modo pro tam sancto habendū esse, ut sanctissimus pater Papa & uos eius filioli uultis. Vestro enim Sydonio

Donio certo constat, totum Canonem inde ab Apo stolis usq; in Ec cle ha fuisse, atq; haud dubie uel ab Apostolis uel à diua Virgine, uel etiam ab ipso Christo compositum esse: nisi forte quis magis putet ab aliqua Magdalena aut aliquo Sanle consarcinatum.

Quare pro sua authoritate dicere potest, Tace tu hæretice Luthe riane, ego aliter scio: aut, si non tacueris, exureris. Hoc argumentū profectō ualde durum ac planè lapidēnum est, quippe quo etiam ip se Dominus I E S U S, quantumuis uehemens disputator, s̄epius fa cile superatus, & cedere coactus est, ut legimus Et luctulerunt la pides.

Suadeo etiam nimio quodā erga uos amore impulsus, ut illam scandalosam canonis partem uel remoueatis, uel certe non nihil corrigatis, ubi dicitur: Ut quotquot ex hac altaris participatione facro sanctum filij tui corpus & sanguinem sumperimus, omni be nedictione cœlesti & gratia repleamur. Possunt enim inde hære tica quædam probari, nempe primū missas sine communicanti bus olim non esse celebratas, cur enim diceret sacerdos ad Deum (quotquot sumperimus) si sciret nullum secum communicaturum, atq; ita Deū derideret. Multo igitur minus Missæ in angulis & solitarijs locis celebratæ sunt, quod tum hinc, tum ex reliquis Missæ partibus omnibus, quæ in numero plurali recitantur, salu tationibus & conuersionibus facile patet: quæclarè testari uidentur, Missam olim publicam totius Ecclesiæ actionem fuisse. Sed de hac re alibi prolixius dictum est.

Deinde posset etiam uideri, olim omnes Christianos sub utra que specie communicasse. dicit enim clarè: Quotquot sanguinem sumperimus. Hæc igitur scandalosa schismaticaq; ut uiten tur, uehementer suadeo, ut textus ille uel tollatur prouersus, uel im mutetur saltem.

Est & alia quædam precatio in uestro Missali, quæ post commu nionem recitatur, quæ sic habet: Repleti cibo potuq; cœlesti quæ sumus Domine, &c. Vnde itidem uidetur prædicti errores proba ri posse. dicit enim, Repleti potu. Nam illæ precatiores in numero plurali nomine totius Ecclesiæ dictæ sunt. ut & Sidonius uester, me aliquanto locupletior testis, affimat: & cur sanè popu lum alioqui admonereret Sacerdos dicēdo, Oremus? Quare & illa uel tollenda, uel corrígenda est.

Ob eandem quoq; causam, & canon ille Gelasij de cōsec. dist. 2..

y/ uel:

uel tollendus, uel corrigendus esset, qui dicit esse nefarium sacrilegium sub una tantum specie communicare. Sed de decreto fortassis alias, si hæc mea monitio uobis placuerit.

Nec facietis hoc sine exemplo. Nam sic olim maiores vestri alias canonis partem correxerunt, quæ iam sic legitur: Fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi ac cipientibus nobis in uitam æternam. Olim uero sicut est, ut adhuc apparet ex uetus Missalibus: Hæc sacra sancta commixtio corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi fiat omnibus sumentibus salus mentis & corporis ad uitam æternam capessendâ præparatio salutaris. Viderunt enim illi haud dubie, inde quoque probari posse supra dictos errores, nempe promiscuam Ecclesiæ communionem sub utraq; specie, & missam olim fuisse publicam actionem totius cœtus, & non unius sacrificuli in angulo, aut etiam in solitudine missantis.

De antiquis Canonis variationibus, quod Papæ usq; ad sexcentesimum post Christum annum subinde ei aliquid addididerint, aut uariauerint, nihil iam dicam. prorsus enim quicunq; uult saluus esse, ac non exuti, oportet eum secundum S. Sidonium contra scientiam credere, ac contra spem spirare, canonem inde ab Apostolis secundum omnes partes suas in Ecclesia fuisse.

Quod porrò canon totus nec sermone, nec rebus satis sibi constet, sed tum repetitione earundem rerum (terenim memoriam sanctorum, oblationem autem penè infinities rebalbutit) tum & inepta diuersissimarum rerum coniunctione ordinisq; defectu (prius enim offert, quam consecrat, atq; ita ob purum panem homini bus Deum propitiū esse flagitat) propalā fateri uideatur se esse inceptum, temereq; à multis cōflatum centonem, hoc iam dicere nolo. non enim expedit hoc scire uulnus secularium, carnalium & mendaciorum istorum, ne tam sacræ incantationis maiestas uilescat.

Quare hoc secretum uobis Spiritualibus in secreto, idq; ijs tantū, qui aliquanto cæteris intelligétores estis, & fortiorē latiore memore conscientiam habetis, cogitandum ac inter uos mussitandum relinquo. Quod uero Græci canones tum à uestris tū & inter se difserunt, nihil refert. certum enim iam est, eos esse hæreticos, uos vero catholicos, orthodoxos & Apostolicos.

Reste quoq; faciet sanctissimus Pater papa Iulius, non Pflugus probator, sed tertius, si in Concilio ex Episcopis sibi deuotis & consecratis

consecratis collecto legem aliquam de minoris canonis certa forma constitutam: mirè enim in uetustioribus codicibus uariat à recētioribus. Nec etiam negligendum est, quod monachi in suis Missalibus quasdam canonis partes, ut comunicantes, & hanc oblationem subinde uariant, nam putabit uulga canonem non esse tam sacrosanctam rem, nec inde ab Apostolis compositum, sicut sentit Sydonius, si licebit quibusuis monachis eius partes uariare.

Quod porrò Luth. ex ipso canone firmiter probare uidetur, eum non tantum incepit, sed & impium centonem esse, nolo iam dicere, ne uideare ius errori adstipulari. Et uos alioqui facile Lutheranos uincere potestis hac ratione, dicitur secundum uestra Decreta: Etiam si Papa cum suis spiritualibus filiolis infinitas animas ad inferos traheret, tamen nemo debet eum reprehēdere. item secundum glossam: Papæ est pro ratione uoluntas. Quare siue nos piè siue impiè aliquid ligauerimus soluerimus ue, tamen Deus id ratū habere in celo cogetur. Item dicitur, Vos estis heretici, nos sumus catholici, nihil igitur uestra dicta curamus.

Illud autem uehementer scire cupio, spiritualissimi patres, an episcopus Sydonius, cum ex illa sanctissima terra Canaan discellet, secum Hebraicum, Chaldaicum aut Græcum exemplar uestri Canonis acceperit. Non enim est ullum dubium, quin, si Canon iste inde ab Apostolis in Ecclesia secundum omnes suas partes fuit primum uel Græcè uel Hæbraicè, uel Chaldaicè compositus sit. Neq; enim uerisimile est, quod, cum Apostoli nihil latine scripserint, solum Canonem latine composuerint. Illud uerò certissimum est, quod apud illas gentes sermonis Latini ignaras in Syria Latini, no sermone usi non sint.

Quod si bonus iste pater p̄ festinatione, ob zelum studiumq; conuertendi istos hereticos ad obedientiam sanctissimi patris Pa p̄, illa prima canonis exemplaria accipere oblitus est, nec ei id spiritus suggestit: tum sanè censeo uos debere eum èo quam primum ad tam sanctum opus inquisitionis Canonis alegare, non tatum in Syriam, sed uel usq; in Indiam auctiuitam Taprobanam, atq; adeo usq; ad Minoa regem.

Magna inde profecto commoda uobis accedere possent, priuū possestis corrigere, si que minus sancte in latinum sunt conuersatae. Deinde si Hebraicum aut Chaldaicum eius exemplar proferretis, credite mihi, protinus persuadetis omnibus hominibus, ipsum-

## 172 CANONIS MISSÆ CORRECTIO.

met Christum cum in Cœna secundum nouum mirabileq; inuen-  
tum Interimistarum panem & uinum Patri obtulit, canonem ue-  
strum recitasse. Qua ratione mehercle egregiè rem constabilis etis  
uestram.

Quæ ego de uariatibus in Canone exemplaribus scripsi, ea me  
uerè scripsisse etiam indicatis exemplaribus necessitate postulan-  
te probare potero. Videte igitur, quid agatis, uigilate, & in hoc ne-  
gociū serio incubite. Credite enim mihi, calēte nitēteq; canone ca-  
lent culinæ, nitentq; coquæ uestræ frigente uerò, squalenteq; ca-  
none ac Missa, frigent culinæ, squalentque, proh dolor, dile-  
ctissimæ sorores uestræ.

E L E N C H V S O R A T I O N I S  
sequentis.

- 1 Leges ciuiles & imperiales donum Dei sunt.
- 2 Sancta Ecclesia etiam primitiva illis paruit.
- 3 Etiam in rebus & personis Ecclesiasticis. 57.
- 4 Etiam tempore Gregorij magni pape.
- 5 Etiam tempore Caroli Magni & Francorum imperatorum.
- 6 Adhuc partim tempore Honor. 3. pape, ante Decretales.
- 7 Sed à decretalibus Paparum obrute. 9. 12. 13. 16.
- 8 Bestia coccina septiceps, coronata, Ecclesias, imperium & leges oppresit.  
9. 10.
- 10 Innocent. 4. iudex & pars episcopos & monachos contra Imperatorem  
armat.
- 11 Cardinalibus è spolijs imperij rubrum galerum dedit.
- 12 Decretales auxit & commentauit.
- 13 Decretales poculum abominationis, quo scholæ infecte. 15. 16. 21. 26.
- 14 Magistri coaceruati Canoniste & Theologastri. 22. 26. 31.
- 15 Papa cur seruus seruorum Dei.
- 17 Theologia Decretalibus corrupta. 18. 19. 22. 26.
- 20 Præstigium & idolomania Dominicanorum & Franciscanorum.
- 21 Guilielmus à sancto Amore, antiquus bonus Sorbonicus.
- 22 Errores Thomæ Aquinatis. 24.
- 25 Dementatio Gabrielis Biel.
- 27 Bestia 2. è terra orta, bicornis ut agnus: sed loquens ut draco, et faciens ad-  
rari bestiam primam. 29.
- 28 Sorbona est illa 2. bestia, flabellum Pape & Cardinalium. 30.

- 32 Theologia purgata, sic & iurisprudentia repurganda.  
 33 Apud ethnicos lex est sacrorum & religionum domina.  
 34 Omnes religiones humanitatis inuentae, sunt idolatrie, & satanae ludibriæ.
39. 40.
- 35 Senatus populiq; Rom. sibi p̄fis deos creabant.  
 36 Papa in creanda sua religione fraudes Nume & ethnorum superauit.  
 37 Priores Antichristi in personam Christi palam irruentes mox agniti, con-  
uicti sunt: sed iste officium Christi sensim usurpans diu latuit.  
 38 Quād inepit Theologastri gradus quatuor legis pure diuinæ faciunt.  
 39 Religiones Mendicantium à diabolo inuentæ.  
 40 Idoli Compostellani insaniam à Papis confirmata.  
 41 Theologie p̄ecellens dignitas.  
 42 Theologia & iurisprudentia in quo differunt & conueniunt.  
 43 Iurisprudentia p̄e alijs, Theologiae usum adiuuat. 45.  
 44 Doctor, episcopus ac minister non debet esse exp̄s rerum communium &  
civilium. 47.  
 46 Paulus non exegit Episcopum esse unius uxoris virum, propter solum con-  
iugium: sed ad economia & politia experientiam. 47.  
 48 Officium & differentia Episcopi & Principis. 53. 55. 56.  
 49 Princeps est custos legis Dei, quantum ad omnia externa, & merus execu-  
tor. 51. 54. 55.  
 50 Sed in Ecclesiasticis debet adhibere consilium ministrorum & doctorum  
Ecclesie.  
 51 In rebus diuinis Episcopus & magistratus sunt meri executores. 55.  
 52 Nec debet alter alterius officium usurpare.  
 58 Leges imperiales male à Decretistis diffamate, suo splendori restituende.

O R A T I O H A B I T A I N I N-  
C L I T A T U B I N G E N S I A C A D E M I A , D I E  
Lunæ, quarto calendas Martiæ, Anno 1554. in scholis maio-  
ribus, coram amplissimo Senatu, & omnibus eiusdem Aca-  
demiae ordinibus & classibus, De dignitate, potestate & usu  
legum ciuilium & Imperialium: de præcellentia sacre Theo-  
logiae, & utriusque differentia, conuenientia, corruptione &  
restitutione: de potestate, officio & differentia Princi-  
pis seu Magistratus & ministri Ec-  
clesiae.

Per consultissimum utriusq; Iuris Doctorem CAROLVM MO-  
LINAEM, Franciæ & Germaniæ Iureconsultum, Illustrissimi Du-  
cis Virembergensis Consiliarium, primumq; Iurium professorem Tu-  
bingensem, leges Imperiales & Pandectarum analyticè  
interpretantem.

**A**MPLISSIME Senatus, uenerandi patres, doctissimi  
omnium ordinum professores, inclite ceteri. De re-  
bus maximis & hoc tempore summe necessarijs, bre-  
uius (quam tantæ moli par sit) sed perspicue & exa-  
cte dicturum, Dei nomine per Iesum Christum in-  
uocato, benignè (ut soliti estis) audite. + Sanctas leges nostras ciui-  
les & Imperiales donum Dei esse, non solum antiquorum celeber-  
rimi & doctissimi quiq; semper censuerunt, ut apud Græcos De-  
mosthenes in oratione aduersus Aristogitonem, πάντες (ait) νόμος εἰ-  
σιν αὐτοῖς θεῶν θεῶν, & apud Latinos Cicero de Legibus, & in Phi-  
lipp. 9. ut interim legum nostrarum uelut domesticum præteream  
testimonium in l. 2. delegibus, in l. ult. C. de longi temp. præscript.  
Sed etiam eas sacra Scriptura testatur, à summo Deo manare, pa-  
tre luminū, à quo descedit omne donum perfectum. Iacobi 1. Ipsa  
quoque æterna sapientia ait, Meum est consilium & æquitas, mea  
est prudentia, mea est fortitudo: per me reges regnant, & legum  
cōdidores iusta decernunt. Proverb. 8. Porrò quam male, quam ini-  
quæ, leges nostre sanctæ (præsertim huius primi libri C.) blasphem-  
mentur ab ineptis Canonistis, & Theologastis papisticis, nimis  
est & notum & pudendum. + Atqui primitua ipsa catholica Eccle-  
sia,

fia, longè purior, doctior & sanctior, paruit his nostris ciuilibus &  
 imperialibus legibus à Iustiniano magno Imperatore promulgatis,  
 & propenso gratoq; animo etiam propter conscientiam obediuit, iuxta Dei mandatum etiam summorum Apostolorum ore scripsi; promulgatum, nempe beati Petri in sua prima Canonica. c. 2  
 dicentis: Subditi estote regi tanquam præcellenti, siue ducibus  
 tanquam ab eo missis. Et beati Pauli Rom. 13. præcipientis, Omnis  
 anima potestatibus supereminentibus subdita sit. Vbi diuus Ioan.  
 Chrysost. disertè ait, Apostolum magna & seria epiphætæ uniuersali  
 liter locutum esse, Omnis anima: ut ostenderet, neminem hac sub-  
 iectione excipi posse, etiam si Apostolus, Propheta uel Euangeli-  
 sta sit, nedium sacerdos, clericus uel monachus. Nec solum sancta  
 Ecclesia catholica obediuit his legibus nostris de rebus ciuilibus  
 lati, siue quoad res politicas & externas: sed etiam quoad fidem  
 & religionem, eo quod à uerbo Dei non discrepant, sed iuxta uer-  
 bum Dei, & ad doctrinam Euangelicam pure & sincerè cōseruan-  
 dam & vindicandā latæ essent, ut sacrae leges Imperiales, de sum-  
 ma trin. & si. catho. ri. i. C. Quinetiam legibus imperialib. lati tam  
 de personis quam de rebus ipsis Ecclesiasticis, et de totius Ecclesiæ  
 ordine, politæ, œconomia, & disciplina. C. de sacros. eccl. de Epis-  
 plicosis & clericis, de nuptijs, & in Nouellis, ut determinatus sit  
 numerus clericorum. Constit. 5. Quomodo oporteat Episcopos &  
 cæteros clericos ordinari, constit. 16. Et constit. 123. §. ad hæc, ubi in  
 ter plura alia iubentur omnes Episcopi & presbyteri, non tacite,  
 sed clara uoce & lingua que à populo intelligatur, sacras etiam pro-  
 ces & mysteria peragere. Has nostras leges primitiva Ecclesia, san-  
 ctæ patres & doctores Ecclesiæ non solum bonas & legitimas, sed  
 etiam sacrosanctas habuerunt & paruerunt, ut temporibus Consta-  
 tini magni, Theodosij senioris & iunioris, Martiani, Leonis primi  
 per 200 annos ante Iustinianum magnum testantur omnes illorū  
 seculorum historiæ: etiam Ecclesiasticae, præsertim Eusebij Cæsa-  
 riensis, Diui Hieronymi, Tripartitæ, Ruffini, Theodoriti, Cyrenæ-  
 sis episcopi, Nicephori & aliorum, qui per ea tempora uixerūt &  
 scriperunt. Quinetiam scripta antiquorum Ecclesiæ Doctorum,  
 præsertim Hieronymi, Chrysostomi, Augustini, ut ea res prorsus  
 indubitata, inconcussa, & luce clarior, plus octingentis annis fue-  
 rit. Nec solum ante Iustinianum magnum, totoque eius imperio,  
 quod usq; ad annum Salutis 568 peruenit, Sed etiā diu post, tem-  
 pore

pore Gregorij magni papæ, urbis Romæ Episcopi & Patriarchæ, qui adusq; 606. Salutis annum uixit. Is tantus pontifex qui successorem ullum non habuit sanctiorem & doctiorem, nec stemmatum, doctrinæ, nobilitatis, diuinarum, potentia numeris parem, nedū præstantiorem: is inquam tantus Patriarcha urbis Romæ, qui ante pontificatum præturam urbanam Romæ gesit, ut de se ait Epistolarum lib. 3. epistola 2 Imperatorem tunc Constantinopoli sedērem, uocat & recognoscit dominū suum à Deo cōstitutum, sequē eius subditum & famulum, Epistolarum suarum lib. 2. epi. 61. &c. lib. 4 epi. 31. cum sequenti: ciusq; filios Augustos & Cæsares à patre factos, piissimos, serenissimos & clemētissimos dominos suos. uocitat, ut passim in suis scriptis. Quinetiam exarchis & ducibus ab Imperatore in Italiam missis tanquam fidelis subditus obediebat, dominos suos eosdē duces uocitās: nec hoc solum, sed etiam re ipsa non solum legibus eorum ciuilibus reuerenter parebat, sed etiam legibus eotū Ecclesiasticis, quas etiam publicabat, & ad Italiae & Siciliæ Episcopos obseruandas transmittebat, ut suarum Epistolarum lib. 1. c. 43. & lib. 7. epi. 11. & tex. Decreti. in c. legem quam piissimus Imperator dedit 53. distin. Præterea in causis non solum ciuilibus, sed etiā criminalib. clericorū, imò etiā Episcoporum allegabat, & suggerebat nominatim leges nostras tam Pandectarum, quām C. tam in decisorijs quām in forma procedendi, & præsentim leges Arcadij & Honorij, Gratiani, Valentiniiani 2. & Theodosij 1. Leonis 1. & Iustiniani, quæ sunt in ti. C. de Episcopis & cler. nec ullis alijs Canonibus Ecclesiasticis utebatur Ecclesia in iudicijs, quām Canonibus Ecclesiasticis Imperialibus: hoc est, legibus nostris, de personis & rebus Ecclesiasticis latis, ut patet Libro 11. Epistolarum Gregorij, Epistola 54. & in magno etiam Decret. 2. q. 1. c. in primis. Quid plura? idem Gregorius magnus Papa, coram Imperatore Mauricio de homicidio episcopi Malchi accusatus, misit Constantinopolim legato uel procuratori suo instructionem ad causam dicendam, & ius subeundum, sequē defendendum coram Imperatore, ut refert Paul. Diac. de gestis Longobardorum, libro 4. c. 9. & ipsemet Gregorius fatetur in sua epistola 1. lib. 7. cuius fragmentum, serie & principali omissis, ponit Gratianus in c. si in morte 23. q. 8. † Nec solum præfatæ leges nostræ Imperiales de rebus & personis Ecclesiasticis, uiguerūt tempore ueterum Imperatorum ante Calorum Magnum: sed etiam toto tempore imperij.

Caroli

Caroli Magni, & successorum suorum Francorum Imperatorum, qui Germani erant à Francia orientali, ut pater in legibus Ecclesiasticis eorundem Caroli & Ludouici p̄ij filij sui, & Clotharij nepotis sui, successiuè imperantiū, apud Abbatem Ansegisum qui eorum tempore uixit & scripsit, & partim apud Abbatem Vrspergensem, & Platin. in uita Gregorij 4. Præfatus Carolus, lib. i. c. 19. inter alia statuit, ut soli canonici Bibliorum libri in Ecclesijs legeretur, &c. 76. ne Episcopi & parochi figura menta hominum & quicquam ex sensu suo, sed purū uerbum Dei prædicaret populis, curarentq; se exercere in scientia ueritatis, ut uerbum Dei currat, crescat & multiplicetur: & superstitiones, præsertim in exequijs mortuorū eradicentur, quas leges anno 1550. Parisijs excudi fecimus. Quas in honore & uiridi obseruantia toto illo Francorum imperio fuisse probant, non solum historiæ, sed etiam canones expressi Decreti magni, in c. de capitulo, & c. ult. dist. 10. ubi etiam Leo 4. urbis Romæ Episcopus (quem sanctitatis nomine commendant) circa annum Domini 850. expresse & obnixè præfato Clothario Imperatori profitetur, se leges Imperiales irrefragabiliter obseruaturū, & in æuum modis omnibus conseruaturū, mendacem appellans quicunq; aliter dixerit, aut in futurum dicturus fuerit: nimirū spiritu quodam propheticō præagiens, futuros canonistas & adulatores impiorum Paparum, qui noua mendacia sua & imposturas etiam ueteribus Episcopis falso attribuerent, quos mendacij præarguit: Eandem professionem repetit idem Leo, Ludouico 2. Imperatori, præfati Clotharij filio. c. uides. 10. distin. Et coram eo criminaliter accusatus, comparuit, causam dixit, & sententia Imperatoris iudicis sui absolutus fuit, text. in c. no 5 si incompetenter aliiquid egimus. 2. q. 7. Et coram eodem rationem reddidit armorum in flagranti periculo contra Sarracenos sumptorum. c. igitur. & c. scq. 23. q. 8. In decreto magno, quod compilatum fuit circa annum Domini 1150. in quo sunt plurimæ leges Ecclesiasticae, tam ueterum quam Germanorum Imperatorum, in queis distin. 54. canon Ecclesiasticus Iustiniani magni, incipiens, Si seruus sciente: cuius superscriptio est, Iustinianus Imperator omnibus Episcopis, &c. Ecclesiæ. c. uictor Honoriū. 97. dist. ubi ad supplicationem Episcopi urbis Romæ Imperator tulit legem de electione Episcopi urbis Romæ, & c. factorum. 63. dist. & c. de illicita. 24. q. 3. Vbi sunt leges seu canones Imperatorum Frâcorum de electione Episcoporum,

& ne quem sine causa iusta & probata excommunicare audeant, sub poena personali, & aliæ innumeræ, quas Gratianus monachus papisticus (qui quantum potuit ambitioni paparum, suo tempore per superstitionem & illusionem mendacem serpenti fuit) numquam Decreto suo inseruisset, nisi adhuc tempore suo ut bonæ & legitimæ stetissent, uix 400 sunt anni. † Quid quod uix 328 anni, Honorius 3. qui fuit Episcopus urbis Romæ Anno 1226, in iudicijs & causis Ecclesiasticis clericorum, etiæ in re spirituali iuramenti, non solum non audebat discedere à legibus ueterum Imperatorum lati de juramento clericorū: sed etiam nec ab interpretatione dictarum legum nuper facta ab Henrico Imperatore Germano, ut ipse met Papæ & Canonistæ fateri coguntur. in c.i. extra de iurament. calum. † Vnde ergo tanta, nec ita multum antiqua derogatio splendoris, dignitatis & uigoris legum nostrarum Imperialium, quibus nongentis ferè annis, etiam in rebus Ecclesiasticis, ab omnibus etiæ Episcopis, etiæ Papis ut pontificibus urbis Romæ, summo consensu, reverentia & deuotione paritum fuerat? Vnde nisi à præstigijs & uiolentijs Antichristi Romani? cuius aduentus quidem & ingressus, ut beatus Paulus prædictus, 2. ad Thessalon. 2. fuit secundum c̄is̄yānū & operationem satanæ, cum omnipotentia (à dracone hoc & à diabolo accepta. Apocal. 13.) & signis, & prodigijs mendacibus, & cum omni deceptione iniusticie. (Vt enim omittā quām multis, quām sinuosis præstigijs, qua hypocrisi, quo astu, à prima inclinatione Imperij, sensim serpendo bestia illa, tandem post Imperij Fratricorum inclinationem, super Ecclesias Christi irre pserit) † Notissimum est quām præfacta & pertinaci audacia, qua rabie eadem bestia, mox de mari (& ut Daniel c. ii. in fin. inter maria) iam septiceps cum decem cornibus & diadematis ascendens, non contenta supremo & uniuersali Ecclesiatum dominio, fraudulenter & impiè occupato: ut supremum quoq; secularis omnis potestatis, etiam Regiæ & Imperialis dominiū innaderet: qua inquam rabie & effreni audacia, dolis, proditionibus, bellis & omni armorum & imposturatum genere, summos Imperatores Germanos oppresserit, & pedibus conculauerit. Hoc enim testantur horreda facinora impiorum & blasphemorum Paparum: Gregor. 7. Paschalis 2. Alex. 3. & sequentium.

Deinde attrito imperio, collo etiam ualentissimorū Sueuorū Imperatorū, nempe Friderici 1. Suevię nostrę Ducis pedibus pres-

so, ut leges quoque Imperiales calcaret, illisq; de gradu, uelut de 9  
 ponte delectis, se suasq; nouas leges subrogaret (quod prædictum  
 Paulus 2. Thessal. 2.) Decretales quas vocant, composuit, & edi-  
 dit, bestia illa coccina, plena nominibus blasphemie, scilicet Cu-  
 ria Romana et Cardinalium, habens septem capita, hoc est septem  
 montes. Apocalypsis 17. quibus insidet meretrix illa magna, ma-  
 ter scortationum & abominationum terræ. Cuius meretricis per-  
 sonam tunc gerebat Gregor. 9. Qui ad omnem Iurisdictionem ur-  
 bis Romæ, populiq; Ro. usurpandam, & ad suppressiendam liber-  
 tatem, politeiam, & magistratus populo Romano à præfato Clo-  
 thario primo Imperatore datos, iuraq; & insignia Imperialia occu-  
 panda, arma cœpit contra Fridericum 2. huius nostræ Sueviæ Du-  
 cem, optimum Imperatorem, & contra ipsum Po. Ro. bella reno-  
 uans & persequens à Grego. 7. Paschal. 2. Alex. 3. & suis decessoribus  
 iam 150 annis contra Imperium inchoata. Cumq; armis par non es-  
 set, dolos, fraudes, falsos rumores, nunc de calamitate, nuc de mor-  
 te Imperat. (contra Saracenos in Syria, fortiter dimicantis) quem  
 interim regnis & ditionibus spoliabat, ciuitates Imperij in Italia  
 falsis rumoribus & censuris, milites Imperiales pecunia, populum  
 Ro. præstigijs & superstitione corrumpens. Ut etiam Plat. in eius  
 uita, & latius Abbas Vipergensis, qui eo tempore uixit & scripsit,  
 testantur. Successor autem eius Innoc. 4. cum prius amicus esset 10  
 intimus Frid. 2. (ut Plat. ait) mox ut bestiae coccinæ insedit, sedem  
 naclus meretricis magnæ, apertus inimicus Imperij, factus auda-  
 cius aduersus Imperiale maiest. à Deo ordinatam insurgens, iu-  
 dicialiter Imperatorem ipsum ad se, tanquam subditum, suiq; fori,  
 citate ausus est, & in eum sententiam ferre priuationis Imperij &  
 Regnum. Cumq; Imperator non solum de læsa maiestate Imper-  
 ij (quod Papæ reuera non subest) sed etiam de prodigiosa petulan-  
 tia nequitia Papæ, qui & partis, & cognitoris, & iudicis, non tam  
 incompetentis, quam prols nulli, imò coniurati partibus fungi  
 retur, quæstus, Parisiensis Senatus, tanquam tertij arbitrii, tametsi  
 sibi, non autem Papæ suspecti, iudicio submittere sese offerret, hoc  
 quoq; Papa reculauit. Tum nequid de prætensa omnium, & spiri-  
 tualium & temporalium supra, quam rapiebat, potestate minue-  
 re uideretur: tum quod innocentia & iura Imperatoris & Impe-  
 rij nimis aperta forent. Ideo Papa iuri diffidens, sed omnia ui, ar-  
 mis & censuris rapturus, sententiam, qualis extat in c. ad apostoli

cæ, de re iudic. lib. decret. 6. promulgavit, eamq; armis, censuris & prodictionibus exequutus est, nempe milites omnes & uasallos imperiales sacramēto de facto soluens, & quosdam præstigiorum papisticorum falso metu percusso ad se se trahens, per legatum, quem uocabat Apostolicum (ut secum Petrus & Paulus, totusque Apostolorum & Sanctorum chorus pugnare uiderentur) Imperatorem ad Parmam debellavit: & Imperialibus ornamētis ac garris spoliatum, in Siciliam persecutus, non solum Cardinalem belli dum, sed etiam Episcopos, clericos & monachos, ad illud ut sacrū bellum accitos, in illum armatos emisit, ut etiam Ioan. Andreæ iuri papistici tuba, ingenuè testatur, in c. cum apostolus. col. 2. extra. de censib. in Nouella, ut nos latius ante 16. annos, iura sacri Romani Imperij propugnando, scripsimus in principio commentariorū consuetudinum Parisiensem, num. 43+. Et mox tanquam de subacto & spoliato Imperio triumphans, statuit ut Cardinales sui equo phalerato in publicum uecti, rubro purpureoque, & galero & amictu ueterentur, Plat. teste: ut uidelicet ipse tanquam summus Imperator, & Rex regum circundaretur Senatu, non solum purpurato, (ut cæteri Augustissimi Imperatores) sed etiam galerato, & longe augustiori, utpote Mercurios galeriferos, ipsosque ueterum ethni corum diuos specie referenti, imò superanti. Nam ut impius ille Sorbonicus, Paparum adulator impudentissimus, Augustinus de Anchona, in sua, quam auream uocat, de autoritate & potestate Ecclesiæ, summa: Cardinales (ait) sunt reges, & Papa rex regum & dominus dominantium. Vidi mus quoq; & adhuc in regnis captiuitati Papisticæ seruientibus fit, Cardinales nō solum ex infima plebe, sed etiā è uilissimis mēdicis, cō euectos, se se statim regū cognatos & cōsanguineos palam nūcupare, & uocari. + Prefatus Innoc. 4. ut Decretalium à suo decessore, legum uice euulgatarum, facinus audax magis succederet, tantæ molis erat, tam maximū momēti, ut q; beatus Paulus ait, *κισθεας τλαντης*, nouum Papæ Alchoranum, tanquam rem sacratissimam ab omnibus & haberi & recipi, ut ipse met Innoc. etiam papa factus, totq; negotijs & bellicis & forensibus obrutus (non contentus in doctissimum uirum Petrum de Vinea Imperij defensorem, pro Papali & Antichristiana tyrannide, artificiosis mendacijs, sed ridiculis, scripsisse, qualia ab archa Noe, in c. licet ex suscepto, de foro compet. infarsit) primus omniū commentaria in illas Decretales, & in sententiam illam suam, & alias Decreta-

Decretales à se additas, composuerit, & uiuens euulgarit: ubi in solo  
 lentissimè sese iastat, & longè memorandam prædicat suam illam  
 sententiam, seq; (uelut alter Annibal, aut Alexander Macedo) in si-  
 nitis terræ marisq; periculis uix enarrabilibus subiecisse, ut illam  
 ferret. Quin in prosequenda & cōficienda illius exequitione, nō  
 contentus, Cardinales, Episcopos, sacrificulos, monachos arma-  
 tos in expeditionem misisse, ipse met uelut ducum & militum for-  
 tissimus, & Fridericum 2. iam Apulia deturbatum, etiam insula Si-  
 ciliæ electurus, in exercitu uenit, ubi Neapoli, in expeditione bel-  
 li contra Friderichum obiit. + Ab illis Decretalibus mox ut uulgò 13  
 recipi, & pro authenticis & sacrosanctis haberi cœperunt, non so-  
 lū maiestas Imperij imminuta iacuit: sed etiam legum Imperia-  
 lium uirtus ac dignitas euiluit, quinid in præcellentioribus  
 ipsis nostrarum legum titulis, maledictis & blasphemis infinitis  
 deturpata & obruta fuit. En Paparum curiæq; Romanæ artes,  
 qui ut in Ecclesijs, Imperio & regnis subactis, & diutius regnarēt,  
 & securius lasciuirent: & non solum populos, sed etiam Principes  
 & Reges, erroribus & doctrinis (quas beatus Paulus dæmoniorū  
 esse prædixit) dementatos, prorsus inebriarent poculo illo aureo,  
 pleno abominationibus & immunditia libidinis suæ: coaceruarūt  
 sibi suisq; prurientib. auribus, magistros sanā do ētrinā non sustinē-  
 tes, sed à ueritate auribus auersis ad fabulas sese cōuertentes, ut di-  
 uinus Paulus prædixit 2. ad Timoth. 4. + Porrò qui nam sunt illi 14  
 magistri acciti & coaceruati? nisi Canonistæ, primæ impiorum il-  
 lorum Paparum, Gregorij 9. & Innocentij 4. creaturæ, nec non in-  
 felicium illorum seculorum Theologasti scholastici? qui relicto,  
 seu ad nouas Paparum leges detorto & captiuato uerbo Dei oīōp-  
 yew erroris Paparum secuti sunt, & populis, quinetiā Principibus  
 magno fastu & supercilie pro cœlestibus oraculis obtruserunt.  
 Hoc non solum res ipsa clamat, sed ipsum Papæ, suis scriptis bul-  
 latis testantur. + Patet initio Decretalium, Gregorius (inquit) ser-  
 uus seruorum Dei. Auditis hypocriticum titulum, sed eo sensu ue-  
 rissimum, quo Diogenes Alexandrum magnum uocabat seruum  
 seruorum suorum, hoc est cupidinum, nempe superbiæ, ambitio-  
 nis, auariciæ, omniumq; libidinum, quibus Diogenes dominaba-  
 tur, ut etiam ibi tradit Egidius Bellemarus Canonistarum dux.  
 nu. 16. Sed audiamus quibus dirigantur illæ Decretales. Dilectis,  
 ait, filijs, Doctoribus & scholaribus Bononię commorantibus. Ec-

ce ut mox nouæ doctrinæ suæ promulgandæ & propagandæ, ad suas concupiscérias idoneos sibi magistros coaceruauit. quanquā enim Papa omnibus (uelut omnium supremus dominus) Decreta les ferret, tamen primum omnium ad illos magistros sibi iam coa ceruatos, & amplius coaceruandos & propagandos misit. Idem fe cit Bonifacius 8. qui ut *Zorōzapho*, & Baldus ipse, de noua for. fidel. In usib. feud. testatur. Ingressus ut uulpes, cum regnasset ut leo, mortuus est ut canis. Idem fecit Clemens 5. & Ioannes 22. Decreta-  
 16 lium consarcinatores. † Hinc factum est, ut scholis etiam ab illa be-  
 stia & meretrice magna, uero Antichristo occupatis, non solū le-  
 ges nostræ sacratissimæ (contra quām Justinianus magnus dupli-  
 cibus edictis ueteruerat) sophistica irrumpe, præpostoris, ineptis  
 & confusissimis commentarijs infelicium magistrorum, opinio-  
 nibus papisticis prius imbutorum (quippe qui prius quām profite-  
 rentur, de poculo illo aureo abominationum & immunditiæ me-  
 retricis magnæ hauserunt) obscuratæ sint, & intricatae, & in maio-  
 ri & digniori parte pro abolitis nullis & iniquis habitæ. † Verum-  
 etiam sacra ipsa Theologia professio eodem morbo laborauerit,  
 imò quanto præcellentior est, tanto periculosius corrupta & im-  
 mutata fuit, contra quām tam crebris & concionibus & epistolis  
 18 præmonuerat uas illud diuinæ electionis Paulus. † Has tantas ca-  
 lamitates & tenebras præueniens, inculcans & iubens ne doctri-  
 nis hominum subijcerentur, ne elemētis huius mundi, ne fabulas  
 & *λογοιαχιας* sequerentur: sed prophanas uerborum inanitates de-  
 uitarent, stultas & ineruditas quæstiones respuerent, ne se sedu-  
 ci patarentur per traditionem hominum, per humilitatem & si-  
 ciam religionem, etiam reuelationis angelorum prætextu, in quo  
 Coloss. 2. lectam illam seraphicam, quæ stigmata à Cherubin cœli-  
 tū insixa, confinxit: & dementato mundo credi fecit, digito tan-  
 git: & ante omnia præcipit cauere à spiritibus erroris, & doctrinis  
 dæmoniorum, loquentium in hypocrisi mendaci, quorum Decre-  
 ta quædam nominatim ad euidentiorem significationem expres-  
 sit, prohibiciones matrimoniorum & ciborum, quorum Decreta-  
 les Papisticæ scarent, in tit. de bigamia, de regularibus & transeun-  
 tibus ad religionem, scilicet *ēlēnophoniap* illam papisticam, de con-  
 uers. coniug. de uoto & uoti redempt. de statu monachor. Qui cle-  
 19 rici uel uouentes. De cognat. spirit. De obseruat. ieiunior. &c. † A  
 quibus sacris monitis & præceptis spiritus sancti aberrates ad us-  
 que.

que scholastici & papistici theologi ad concupiscentias Paparum facti, conuersi sunt ad uaniloquium, uolentes esse legi doctores, non tamen intelligentes quæ loquuntur: uel de quibus asseuerat, ut de illis prædixit Paulus 2. Timoth. i. quibus etiam accidit illud Hebr. s. ut imbecilles facti sint ad audiendum: cumque deberent, saltem iam pro temporis ratione doctores esse, rursus tamen indigent ut doceantur quæ sunt elementa initij eloquiorum Dei, facti quibus laete opus sit, & non solido cibo sermonis ueræ iusticæ, quæ per solam fidem Christi est, inflati nihil scientes, sed languentes, immo insanientes circa questiones & pugnas uerborum, ex quibus nascuntur inuidiae, suspiciones malæ, superuacaneæ conflictationes hominum mente corruptorum, & quibus adempta est ueritas, qui existimant questum esse pietatem. 2. Tim. i. quoru sermo ut gangrena serpit, habentes quidem speciem pietatis, uirtutem autem eius abnegates, quos deuitare iubet Apost. 2. Tim. 3. + Quoniam ex his sunt (inquit) qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur concupiscentijs uarijs, semper illi quidem discentes, nec unquam ad scientiam ueritatis peruenientes: ut præ cæteris fecerunt impia Mendicantium festæ, quarum qui superbū Prædicatorum ordinem professi sunt, tantum absuerunt à ueritate, ut uix anni centum, questus causa, alia noua crucifixi: spine quoq; coronæ stigmata in una Senensi muliercula, tanquam à Christo infixa, palam emeriti sint, ad emulationem prioris seraphici & stigmatici idoli, postquam lite quadragesima annos, in Rota Romana, magno sumptu & molimine protracta, socios & corriuales suos funigeros Franciscanos euincere non potuerunt. Et nuper nondum 45 anni, Anno 1509. Bernæ magica arte, uni è suis (prius, fictis apparitionib. & potionibus, stupefacto) stigmata infixerunt, quem postea (ne secreta reuelaret) Eucharistia uenenata bis intoxicate nixi sunt: qua arte ante 195 annos optimum Imperatorem Henricum 7. in fauorem Pape creatus sui (uelut corpus Christi dantes) intoxicauerant impunè. Iuxta illud Apostoli: Mali enim homines & impostores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Hi sunt de quibus idem Apostolus ad Philip. 3. sic inquit: Complures ambulat, de quibus saepe dixi uobis, nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi, quoru finis perditio est, quorum deus uenter, & gloria in dedecore ipsorum qui terrestria curant. Hi sunt, quos ego saepe uidi in Galia, ipsis

ipsisetiam summis Magistratibus, & mandatis Regijs oppeden-  
 tes: & dum nimis insolentis petulantiae conuicti arguerentur, ta-  
 men perfricta fronte illud Petri & Ioannis, Act. 4. allegare, Obedie-  
 dum Deo magis quam hominibus. Atqui Apostoli loquebatur de  
 creatore cœli & terræ, & eius uerbo: hi uero de creatore suo Papa,  
 & suis Decretis, & de deo suo uentre. Hos beatus Petrus in 2. cap.  
 2. epistolæ spiritu prophetico uocabat magistros mendaces, falsos  
 doctores, qui introducent sectas perditionis, etiam dominum qui  
 illos mercatus est abnegantes, accersentes sibi celerem interitum,  
 & plerosque secuturos illorum exitia, per quos uia ueritatis blas-  
 phemabitur, & per auariciam fictis suis sermonib. de nobis nego-  
 tiabuntur, ut diu nimium experti sumus: quibus subdit Petrus, Iu-  
 dicium iam olim non tardat, & perditio illorum non dormitat. +  
 Non tamen poculum illud abominationis omnes scholas, quam-  
 uis iam ubique multum corruptas, statim inebriauit, nisi in Italia.  
 Cæterum in Germania & Gallia, Theologicæ scholæ adhuc in ali  
 quo uigore stabant, præsertim Parisijs, ubi doctus & probus Sor-  
 bonicus Guilelmus de S. amore, qui tempore Gregorij 9. Innocet.  
 4. & Alexand. 4. floruit, & palam insurrexit contra Mendicatum  
 sectas, recens à Papis creatas & propagatas, quas publicis & cōcio-  
 nibus & scriptis arguebat, & puro uerbo Dei conuincebat esse im-  
 pias: illisque initiatos non esse in statu salutis, sed teneri inde, ut à  
 peste satanæ fugere, sub poena damnationis æternæ. Nec dubium  
 est, quin ueritatem dixerit, & plures sui temporis doctos & pios  
 Theologos cōsortes habuerit, qui decretales & reliquas nouas in  
 uentiones Paparum, à uerbo Dei alienas, fortiter spernebant & da-  
 mnabant. + Sed quid? potentia bestiæ septicipitis decem & cornua  
 & diademata habentis, quam Reges & populi iam demētati & in-  
 ebriati adorabant, præualuit. Alexan. 4. (ut ait Platina) Guilelmi  
 libros (quorum tamen exemplaria in Sorbona Parisiensi, sub clavi  
 seruantur) publicè damnauit & combussit, priuilegia Mendican-  
 tum, præcipue Franciscanorum & Dominicanorum, à sua Anti-  
 christiana sede cōcessa, cōfirmauit & auxit. Tum turmatim exilié-  
 tes, & quaqua uersum sese effundentes impiæ illæ sectæ, uelut lo-  
 custæ de puto abyssi, papisticam doctrinam ubique propagauen-  
 tunt, & contra ueteris Sorbonæ Decreta, quibus à Doctoratu arce-  
 bantur, scholam & Doctraram Theologicam inuadentes, & in lo-  
 cum ueterum Theologorum succedentes, regnum scholæ, ex de-  
 cretis

cretis Papæ creatoris sicut tenuerunt. + Ut Thomas Aquinas, qui ex 23 Campania Italæ, Parisios ueniens tempore præfati Alexandri 4. Docturam Theologicā in Sorbona (tam etiæ secta Dominicanus) adeptus, consuetum docendi morem immutauit, non solum Aristotelis & Ethnicorum philosophiam, sed etiam Auerrhois & impiorum Arabum commenta Theologicas admisces: & quod determinatum est, quæstiones Theologicas, non ex uerbo Dei, sed ex Decretis Paparum frequenter decidens, unum pro multis breuitatis causa exemplū sufficiat, in quæstione an doctus, pius & idoneus, sed bigamus, adhuc non uerè & propriè, sed canonice, hoc est pistica fictione, tinica uidua, non meretrice, sed honesta matrona, semel olim ducta: an inquam, in sacerdotem aut Episcopum electus promoueri possit? Postquam super 4. Senten. distin. 27. q. 3. art. 1. & in 3. parte summae. q. 66. art. 3. pro affirmatiua ualidis rationibus & locis sacræ Scripturæ concludentibus disputauit, tandem contrarium cōcludit, hac sola ratione, quod Papa in sua Decretali contrarium dixit & præcepit: & subiicit rationes, sed futilissimas à Decretistis assignatas. O' Decretalistam, & non Theologum, & tamen principis Theologorum locum (sed sub tyrannide & præsidio Papæ) occupantem. Hæc uerba, Patres amplissimi, uenerande cœtus, in consilio Francorum regis, & coram tribunali bus confidenter dixi, dum à Papistis de Decretalium & Paparum abusionibus conuulsis accusarer. + Infinita sunt huiusmodi Augiæ 24 stabulo sordidiora, ut postquā in 3 parte sum. q. 15. art. 3. ex ipso etiam Decalago. Exodi 20. Non facies tibi sculptile, nec omnē similitudinem, probauit, etiam ex alijs Scripturæ locis, imaginē Christi nō esse adorandā adoratione latriæ. Oppositum tamen concludit ex regula Papali, de qua in c. cum Marthæ. de celebr. missar. quod Christus & Apostoli multa reliquerunt seruanda, quæ non sunt scripta. Et ad maiore fucum addit rationes Aristotelis in lib. de Memoria & reminiscientia. Et eadem parte q. 72. art. 1. postquam ex Esaia c. 63. & alijs probauit, sanctos mortuos non orandos: contrarium ex doctrina unius Papæ concludit & illud Esaïæ, Pater noster es, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, eludit dicens, quod Esaïas loquebatur pro tempore ante passionē Christi, quasi Christus post suum aduentū & ascensum in cœlum, sit minus efficax, uel minus consummatus mediator quam antè. + Mensem subit Gabriel Biel, celebris huius scholæ Theologista, qui he

nondum 60 anni legebat, cum in lectionibus super Canone Mis-  
sæ, lect. 57. multis argumentis firmasset, indulgentias Papæ nō pro-  
delle animabus purgatorijs Papistici: tamen post librum euulgatū  
uidens bullas Sixti 4. & Innoc. 8. qui rectā dabant indulgētias de-  
functis: & audiens fabulam de quodam Papa, qui per suas indulgē-  
tias eruit à purgatorio animā nepotis, quæ ei liberata apparuit in  
testudine fenestræ his solis bullis uisis, & fabula audita dementa-  
tus retractauit quæ prius in hac schola docuerat & scripserat pro  
negatiua, & fixè conclusit, & deinceps docuit & scripsit affirmati-  
uam. Quis olim in tam profundas tenebras cadere scholas credi-  
disset? quis tantam & fœditatem execrari, & miseriā misereri suffi-  
ceret? + Ista que scholis omnibus in Italia, Gallia, Hispania, Germa-  
nia, & ubique his Paparum & creaturarū suarum retibus illaquea-  
tis, & poculo abominationis inebriatis, mox undiq; exulauit ue-  
ra Theologia & Euangelica doctrina, cuius scintullula quædam  
in paucis priuatis, quos Deus sibi semper reseruauit, remanserunt,  
dum ubiq; regnarent, imò debatcharentur Sententiarij, Summu-  
listæ, Quæstionarij, Quodlibetarij, Thomistæ, Scotistæ, Occani, Du-  
randani, Bouquinquani, Brulefferi, Paludani, & id genus nostro-  
rollum magistrorollum sectæ, quantumuis inuicem pugnantes,  
caudis tamē ad euersionem Euangelijs colligatis, in Antichristum  
Romanum, & eius decreta coniurati, consentientes & conspiran-  
tes. + Mox etiam apparuit secūda illa minor bestia ascendēs de ter-  
ra, habens cornua duo, similia agno: sed loquens sicut draco, & po-  
testatem prioris bestiæ omnem faciens in conspectu eius, nempe  
approbante & delegante illa, & faciens terram, & habitantes in ea  
(hoc est, nisi exulant) adorare bestiam primam. Apoc. 13. Postquam  
enim uetus Christi & sanctorum patrum Theogia, decretis & fer-  
mento Paparum corrupta, uersa fuit in sophisticam & nouam Pa-  
palem & Antchristianā theologastriam, quid aliud deinceps fue-  
runt scholæ theologicæ, tpræcipue illa cæteris præminentis Pa-  
risiensis Sorbona, quām alia illa bestia de terra ascendens? non e-  
nim de mari, nec inter duo maria ascendit, ut prior: sed de continē-  
te, ex infimæ plebis obscurissimis hominibus. Soli quippe stupidi  
& indostiores cōsenescunt in Sorbona, quibus nec natales, nec o-  
pes, nec linguarum cognitio, nec doctrinæ celebritas dant ad po-  
tiora aditum: & illi soli pauci, sordidi, uisti, lucifugi, malè educati,  
& peius docti, à Papa & Cardinalibus (quorum flabellæ sunt) exci-  
tati,

tati, negotium facessunt bonis & excellētibus ingenijs, præsertim  
pietatem colētibus. † Clarum est, Sorbonam & lūmīle Antichri  
stianam scholā, nec septem capita, nec decem cornua & diadema-  
ta habere, quæ sunt primæ regnantis bestiæ : sed æquè clarum est,  
illam habere cornua duo similia agni, quoniam & ueteris & noui  
testamenti Christi (quæ sunt duo cornua agni) noticiam & doctri-  
nam profitetur: & tamen omnino loquitur sicut draco, cui infer-  
uit, cuiq; obedire docet & præcipit: & facit terram, & inhabitan-  
tes in ea adorare bestiam primam : & facit signa magna, etiam i-  
gnem de cœlo descendere in terram, in conspectu hominum. † Ad 30  
folius enim Sorbonæ impiam censuram etiam nulla ratione red-  
dita (quam reddere nolunt, seq; ad hoc minimè teneri, foliq; Pape,  
seu primæ bestiæ, subiici profitentur) illico, uelut oraculo & irre-  
fragabili præjudicio cœlitùs lapsø, tonitrua dirarum execrationū  
& publicis templorum suggestis, uelut è cœlorum apertis catara-  
ctis fragore magno personant. E' tribunalibus officialium cathe-  
dralium & delegatorum papisticorum, fulgura censurarum trisul-  
carum emicant, & cadunt in terram, uelut è fulgurante cœlo, unde  
suas prodire censuras & fulmina prædicant. Sanguineæ ac igneæ  
sententiæ, ex sacris ipsis Regum & Principum aditis vibrantur, &  
ardentes ignes in terram, terrenaq; corpora accenduntur. Sic secun-  
da illa bestia præstigijs & ui seducit habitates in terra (scilicet qui  
mortuæ uel exilio non transmigrant) eisq; & facere & adorare facit  
imaginem primæ bestiæ, & parere nolentes occidit. Gratiae Deo,  
qui nos ab utraq; eripuit. † Hic non loquor de omnibus Sorboni- 31  
cis, sed de seditionis illis, qui primas tenentes persequuntur Eu-  
angelium: & non solum traditiones, sed etiam quasuis bullas & con-  
cupiscentias Papæ curiæq; suæ (cuius flabellæ, Dodonæum æs, &  
mancipia sunt) præferunt non solum coronæ & Reip. Franciæ, sed  
etiam uerbo Dei, quintiam doctrinæ sanctorum primitiæ Eccle-  
siæ patrum. Et qui uix 20 anni potentissimum illum Franciscum  
Francorum regem regno detutbare, & in faciem eius Illustrissimā  
quondam Nauarre reginam, suam sororem, Cainicis contumelijs  
incessere, aggredi ahi lunt, ex eo tantum, quod non satis obnoxie  
decretis Sorbonicis, & bestiæ illi coccinæ obediret. Et quanquam  
caput & Decanus, eoruū impius perduellio Beda, pœnas dederit,  
quod ad Regem Angliae, & alios Principes, nedum Romam scrip-  
fisset, urgens eos, ad regnum Francisci illius, i. tanquam non satis

corum libidini & censuris parentis, occupandum: tamē successores eius, & cæteri Sorbonistæ, satis se nuper, eundē Bedæ animū in corde gerere, ostenderunt, dum anno 1552. Rege Henrico 2. extra regnum in hostico agente, etiam ē sacrī suggestis ad populum quem in seditionem agere moliebantur, clamabāt, in omnibus & per omnia obediendum Papæ: credendumq; sub pœna damnatio nis æternæ, iustum & sanctum esse, quicquid ille ficeret, qui tunc hostiliter in eundem Regem bellū crudele gerebat. Adē ut unus ex illis Sorbonicis declamatoribus (cum notos & cognatos eius de tam audaci & periculoſo facinore monuisse) ſe illico ē Pariſiorū urbe protipuerit, uel absconderit, ne rursus (ut ei ante 19 annos contigerat) relegaretur. Illos autem excipio, quibus, ut Nicodemus, ea pharisaica consilia & opera displicant, & qui ecclesiam Dei, præfertim Gallicanam, illis monſtris liberatam cupiunt: quod breui faxit Deus, pater Domini nostri Iesu Christi, qui temporibus nostris extremis, Germaniæ, unde minimè sperabatur, eluceſcere fecit lucem euāgelij ſui. Quisquis autem acerbius me loqui dicit, ſuam aut crassam ignorantiam aut perfidiam prodet. Quod enim ad prodigiosas impietates hæc cœtus religionis, præfertim mendacibulorum illorum attinet, legatur cōformitatum liber, & teſta mentum Franciſci Aſſisi, & quę nondū 60 anni, ſcripſit Atoninus Florentinus archiepifcopus & Dominicanus ad finem ſuæ hiftoriæ. Et nondum 20 anni, eiusdem ſectæ Sylueſter Prieras pœnitentiarius, & magiſter palatiſ Papæ, in ſuo defenſorio, lib.3. cap.2. cap.5. cap.7. cap.15. cap.16. Quod ſi quis legere nesciat aut nolit, non ne plusquam ſufficiunt eorum & conciones & ſcripturæ, adhuc proſtantes? Quantū uero ad prodigiosas ambitiones, crudelitates, libidines, Antichristi Romani, legat ( cui uacuum erit ) quid de eis, ut de Hildeprando, Gregorio 7. ante 460 annos Bruno cardinalis ſcripſerit, & ante 330 annos Abbas Vrſpergenſis de Gregorio 9. & 220 anni, de Urbano 6. & Clemente 1. ſive Roberto de Gebanna: Theodoricus à Niem, in libro de Schismate, immò Aegidius Belleremanus, Rotæ auditor, in c. licet. de elect. & in c. ſa- cris. de his quæ uī metus ue cauſa. Qui omnes quę proprijs oculis uiderunt, & quibus etiam interfuerunt, ſcripſerunt. Quid Alexan- dri 6. & Iulij 2. recens hiftoria, & ſequentium Paparum uita? ut ſileam bonos antiquos Italorum mores, & ſplendidissima olim eo- rum ingenia & iudicia, iam in extrema desolationem, & apertū epicurismum

epicurism ut, sub longa tyrannide & afflato cōtinuo pestiferi pa-  
patus deprauata, & in urbibus ubi matronæ olim, scriptorū etiam  
monumentis celebratæ, exempla erant pudicitiæ, omnia adeò de-  
generasse, & in abyssum turpitudinis collapsa esse, ut etiā decreto  
Senatus meretrices de publico gratis honoratis hospitibus den-  
tur, horrendum dictu. Sed *λανθάνων* Papæ stupiditas & peruicacia  
infrunita extundit, ut quod iam omnibus notum est, & in summo  
totius Europæ, imò totius mundi theatro, nempe Venetijs, non à  
Venetis, sed à Papistis gestum est, dicā. Nondum 5 anni, impius ne  
magis an fœtidus nescio, sed quem utroq; malo extremè notabile  
notum est. Ioannes della Casa, Archiepiscopus Beneuentanus, Pa-  
palis Cameræ Decanus, & in toto Venetorum dominio, cum po-  
testate Legati à latere Legatus, calegatione fungens, Venetijs li-  
brum composuit & edidit de laudibus Sodomiae. *Quis hīc non*  
*exhorrescat?* Sed horribilis est, quod in eo libro affirmat execran  
dissimum illud Sodomiae scelus, esse artem & opus diuinum, idq;  
etiam propria experientia persuadere, & facere credi nititur, dicens  
se non alia magis Venere delectari. *Quis ethnicorū etiam cynædo-*  
*rum, imò pathicissimorum poetarum, tam impudenti & proie-*  
*cta libidinis prurientiæ & plus quam beluinæ licentia, uti ausus*  
*est?* Quid quod ueteres illi Sodomitæ, Dei uindiæ, sulphuris &  
ignis pluvia, & abysso, in infernum uiuentes absorpti, Genesis 19.  
nunquam eò dementiæ & petulantiae uenerant, nunquam scelus  
suum ita laudauerant, nec artem & opus diuinum esse dixerat. Et  
tamen tam non puduit Legatum illum & Archiepiscopum Papa-  
lem, interioris etiam cōsilij Romanæ sedis antesignanum & Deca-  
num, ut etiam inde sibi suisq; symmictis, tanquā de egregio, & il-  
li curiæ gratissimo palmario, plaudat: nō clām, sed in totius orbis,  
tanquā libidinib. Antichristi subacti, theatro, nomenq; suū & qua-  
litatē in honorē sedis & functionis suæ, libro præfixerit, Venetijs  
per Traianum Naum, publicum chalcographū, propalām impres-  
so & uendito, & nondum biennium in Comitijs Heluetiorum  
Badensibus tam prodigiosam fœditatem execrantium, lesto: dum  
interim Christianos, & libros de Christo (ut illum de beneficio i s  
s v Christi) sua impia bulla 7. Maij, Anno 1549. notatum, dira crude-  
litate perseuereret & cōbureret, suæ impietatis administro Ge-  
rardo Busdrago Lucensi Decretalista, auditore seu quæsitore suo  
imputissimo, qui in impietatis p̄emium episcopus Argolicensis,

& episcopi Patauini suffuraneus (suffraganeum uocant) creatus est. Non ne plus quam notum est in Antichristo Romano, è cuius ore impius ille emissarius, ad Christi fidem & fideles ferro & igni perdetos, prodijt (Paulus enim 3. illum Venetis ut uirum sanctissimum, in culpatæ & exemplaris uitæ & doctrinæ, proposuerat & commendauerat) non ne inquam notum est, in eo abunde impleta esse quæ Daniel c. 11. prædixit, quod cōcupiscentias mulierum, scilicet præ alijs execrabilioribus) negliget, & omnem Deum non intelliget, & deum Mahuzim in loco suo uenerabitur: & deum quem nō nouerunt patres eius, uenerabitur auto & argento, & lapide precioso, & desiderabilibus. Et ciuitatem illam, seu Ecclesiā magnam, cuius nominis, Græcis (quibus beatus Ioānes scripsit) litteris scripti numerus, signatum illum sexcentorum sexaginta sex numerum, ad æquatè reddit, Apocalyp. 13. quæ regnum occupauit super reges terræ, esse Romanam illam sedem & curiam, omnes uel paticissimorum omnium libidines excedentem, quæ Apocalyp. 11. & 17. Sodoma, & Ægyptus, & Babylon magna mater scortationum & abominationum terræ uocatur, ebria de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu: à qua iam manifestata Dei populus exire iubetur, ne particeps sit delictorum eius, & de plagiis eius accipiat. Apocal. 18. Et tamen in rebus tam manifestis, & contra quam tā apertè monet, inbet & minitatur Spiritus sanctus, biceps illa Sorbona adhuc hodie dicere audet, imò clamare, Nolite exire: sed obedite, credite illi bestiæ, facite, adorate, sumite imaginem, caræterem, traditiones illius, & nolentes occidite, urite. Apocalyp. 13. è multis quidem pauca, sed euidentissima, & obiter ad alia festinans, dixi. † Superest ut quemadmodum detectis erroribus Antichristi, & reuocato puro & syncero uerbo Dei, draconem uerò cum angelis suis è cœlo huius Ecclesiæ & scholæ proiecto, Apocal. 12. sacra Theologia siue dignitati & luci restituta est: ita legem nostrę, que eodē quo Theologia tempore, sophistica obscuratæ, & maledictis deturpatæ fuerūt, utroq; malo libertetur, suumq; splendorē & uigorē longo tandem postliminio recipient: suum, inquā, uerum & debitum, non autem alienum, & abusuum. † Siquidem apud Ethnicos lex, scilicet ciuilis, humana & positiua, omnium superior & domina erat, etiam sacrorum & religionum, nō solum apud ueteres Romanos, ut clarè testatur Cicero de Legib. Liuius Valerius Maximus, Plutarchus, & omnes autores Romani; sed etiam

etiam apud antiquiores illis Græcos. Chrysippus enim, quem Iu-  
reconsultus Marcianus lib. 1. Institut. & habetur in l.2. de legibus,  
uocat summum Stoicæ sapientiæ philosophum, ait in libro de Le-  
ge: legem (scilicet à sapientibus hominibus conditam) esse omniū  
tam diuinarum quām humanarum rerum reginam, ducem & re-  
gulam. Idem utrisq; & Græcis & Romanis uetusiores, Ægyptij &  
Chaldæi. Hinc apud eos ijdem erant Reges & Pontifices, ut ait Pla-  
to, loquēs de Aegyptijs, in libro de Regno: & Isidorus generaliter  
loquens, in lib. 2. Etymologiarum cap. 1. & habetur 21. dist. c. clerros.  
Quin ueteres quoq; Imperat. Romani erant etiam summi pontif-  
ices, ut eorū tempore uiuentes & scribentes testantur, Val. Max. &  
Sueton. Tráquillus, deinde August, li. 1. de ciuitate Dei; sed hi fue-  
runt pudendi & pernicioſi errores gentiliū, hominū à cæcitate mé-  
tis suæ seductorū. † Omnes enim religiones humanitū inuen-  
tæ, omnia sacra positiva, siue humano ingenio excogitata, quan-  
tumuis in speciem apparētia, nihil aliud sunt quām mera idolola-  
tria, & satanæ (ignoratione & cæcitate mentis humanæ abutētis)  
Iudibrium, eo pernicioſius & periculosius, quo maiori sanctitatis  
uelamine regitur, & adumbratur: ut idem Augustinus & omnes  
sancti Patres & Doctores testātur, & exempla sunt (nunc quidem  
Iudibria, quantūuis olim diu credita) ueteres sacrificiorum leges,  
Pompilij Numæ, libri Fastorum Nasonis. Vnde Tertullianus in  
Apologetico, nō minus appositè quām salse Romanis obijciebat:  
oportere deos multū esse propitios hominibus, à quibus scilicet  
facti & creati erant, & creati custodiebantur. † Nullum enim Ro-  
manis licebat habere uel colere deūm, nisi quem ipsi delegissent,  
uel talem esse cōſtituissent: quam autoritatem Senatus Romanus  
initio ad se rapuit à morte Romuli, quem oligarchiæ cupidir ad  
Caprea paludem à se occisum, ad populum desiderio Res : tu-  
multuantem sedandum, falsis apparitionibus consūtis dei cauit,  
ut uel ex ipſa Titi Liuij historia liquet, in li. 1. Dec. 1. Eteam fēper  
autoritatem etiam inuitis ueteribus Imperatoribus, quantur uis  
imperiosis et crudelibus retinuit, ut Imperatorem Tyberium, de  
Christo in deos referendo senatum confulentē (eo quod dī nō expe-  
ctato Senatus iudicio & decreto suffragiū suū dedisset): dire no-  
luerit: sed eam consultationē prorsus et in perpetuū respuerit, nec  
deinceps unquā nec roganti nec minitati Tyberio, ea in re acquie-  
scere uoluerit, ne qd in apotheosi, de sua authoritate minuisse uide-  
retur,

retur, ut author est Tertul. in sua pro Christianis apologia. Et Nicæphorus in Ecclesiastica historia lib. 2. c. 8. Hinc religiones facticæ, diui, sacraq; ethnica, meritò legibus humanis, à quibus & cōduntur & pendent, subiectantur. Quo sensu Ouid. Fast. 3. ait: Inde date leges, ne fortior omnia posset. Cœptaq; sunt purè tradita sacra co-  
 36 li: + tradita, scilicet à Numa Pompilio, qui confisiis miraculis & ap-  
 paritionibus deæ Aegeriae & Anciliorum cœlitùs in manu suam  
 laporum, religionem factitiam diuis cœlitibus, uirginibusq; Ve-  
 stalibus, & manibus, mortuorumq; funeribus composuit, & à Se-  
 natu approbatam recipi fecit. Livi lib. 10. 1. Dec. Sabellicus En-  
 nead. 2. lib. 3. in fin. & omnes testatur. Cuius libri in eius sepulchro  
 quadringentis nonaginta duobus annis post eius obitum, & cen-  
 tum septuaginta octo annis ante Christum natum inuenti, ne facticæ  
 religionis imposturæ detergerentur, iussu Senatus in comi-  
 tio, igne à victimarijs facto, in cōspectu populi cremati sunt, ut Li-  
 vius lib. 10. 4. Deca. &c ante eū Varro, deinde Valer. Max. Plinius,  
 Plutarchus & August. de Ciuitate Dei lib. 7. cap. 34. testantur. Nec  
 aliter processerunt Papæ ad Antichristianum regnum suum, facticæ  
 religionis metu fundandum, augendum & retinendum. Quod  
 enim initio Euangelia, & sancta quatuor generalia Concilia ad  
 unguem se seruaturos profitebantur. c. sicut sancti. 15. c. sancta octo.  
 16. dist. prætextus erat tanto perniciosior, quanto magicæ artes di-  
 uinis uerbis adumbratae, ut uenena melle illita, pestileiores sunt,  
 37 testibus Chrysostomo & Augustino. + Priors illi Antichristi Ari-  
 rijs, Macedonius, Apollinaris, Nestorius, Eutyches, contra ipsius  
 Christi personam, nunc in diuinitatē, nunc in humanitatem aper-  
 tè insurgentes: mox agniti, Scripturis sacris convicti, à sanctis illis  
 primis Concilijs universalis Ecclesie, & à legibus nostris Imperia  
 libus damnati sunt: sed iste singularis ferus, qui speciem quidem  
 pietatis initio amplexus est, personam quidem Christi confitens,  
 sed uirtutem eius abnegans, & officium eius usurpans, diu (ut Pau-  
 lus 2. Thes. 2. prædixerat) latuit, donec nouissimis his tempori-  
 bus Euangilio (quod ille infinitis somiorum labyrinthis obrue-  
 rat, detecto, apparuit illū omne Christi summi prophetæ, sacerdo-  
 tis & regis officium usurpasse: tum prophetiam (quaæ tamen ulti-  
 ma & absoluta est, Hebr. 1.) uouam doctrinam & Decretales con-  
 dendo, tum sacerdotium (quod tamen æternum est) alios ritus &  
 sacrificulos in terra instituendo, & alios mediatores in cœlo con-  
 fingendo:-

singendo: tum regnum, sese sponsum & caput uniuersalis Ecclesiæ faciendo, nec non in imperia, regna & magistratus populorū, præsertim pop. Rom. inuolando: & sic in effectu, quanquam initio nondum apertis uerbis, tamen semper re ipsa negando I E S U M esse Christum, hoc est singularem illum prophetam, Deuter. 18. qui legem & omnem religionis doctrinam completeret, æternum & unicū sacerdotem, qui unica uictima & oblatione perfectos efficit in perpetuū sanctificatos. Hebr. 10. Vnicum mediatorē. 1. Timoth. 2. Hebr. 9. Act. 4. sponsum et regem Ecclesiæ, ut indubitatus sit ille Antichristus, 1. Ioan. 2. Ut autem omittamus quām obstinata rabie, ferro, ueneno, flammisq; Decreta & iuuenta sua uerbo Dei præferens, propugnet, & quid Canonistæ creaturæ suæ censemant, quod ea sint propalām omnibus nota: † audiamus paucis quid, 38 theologastri sub eius tyrannide dementati, de uera Theologia, & lege diuina senserint & docuerint. Quatuore enim gradus legis diuinæ, etiam purè & putè diuinæ faciunt, ut uidere est in corum Sententijs, præcipuè Gabrielis Biel, in 3. dist. 37. q. 1. art. 2. In primo gradu ponunt leges immediatè reuelatas à Deo, pro tota communitate uel principaliore parte hominum, scriptas in Biblia, ut ipsi loquuntur, et præsertim in Euangelijs lati à Christo ad consequitionem beatitudinis. Ecce ut unicum tantum gradum tribuant Biblijs & Euangelijs, quæ adhuc deprauat, & potiori parte truncat, facientes Euangeliū, & totum nouū Testamentū legem duntaxat operum, detruncata & abiecta iusticia fidei. In secundo autem gradu ponunt leges diuinæ, quæ ex præcedentibus in consequentia evidenti deducuntur, ex præcedentibus in quam Papistico fermēto uitiatis & truncatis, unde deducunt articulos, cōmenta & somnia sophistica Theologizæ, quæ tamē uocant & affirmant leges purè diuinæ. In tertio gradu ponunt leges diuinæ ex prædictis dedicas, per successinam ( quam ex Decretis paparum in c. cum Marthæ, s. sanè multa, de celebrat. missar. supponunt) relationem Apostolorum & aliorum, & qui ualentem scripturæ sacræ Biblici canonis, uidelicet determinationes Ecclesiæ, scilicet Papalis, quam Spiritu sancto (etiam nouis dogmatis) erudiri regiç; credunt, & credēdum docent. Istud est Ius Canonicum, Decretales, Sextus, Clemētine, Extragauantes, & infinita aliarum super alias bullarum decreta: quæ tamen uocat non solum ius diuinū, sed Ius purè diuinum. In quarto gradu ponunt leges specialiter inspiratas & reuelatas

B. quibusdam:

## 194 DE THEOLOGIAE DIGNITATE

quibusdam singularibus personis, ut Brigitæ, Francisco Assisi, & Dominico Hispano, Francisco à Paula, & id genus fastigias religiones: etiam Mendicantium, quas Procopius Bohemorū dux & legatus in Concilio Basiliensi à diabolo inuertas cōuincebat, quia nec à Mose, nec ante eum à patriarchis, nec post eum à prophetis, nec à Christo, nec ab Apostolis, ut etiā Aeneas Silvius qui præfens erat, & poste a papa Pius 2 fuit, in sua Bohemica historia, cap. 50 testatur. Sed cur tam potes & ineluctabile argumentum, non alia arte, quām fastuoso risu & turpi cachinno elusum fuit? nisi quod illic theologistæ & Canonistæ, lege diuina potiori parte truncata, residuum adhuc pedib. conculeabat, commēta & inuenta sua præferendo, & in partē etiam legis purè diuinæ erigendo, ut etiā Ioan. Andreæ canonici Paparū iuris tuba, in c. ult. ne cleri uel monachi, dicat etiam legē ciuilē esse partē legis diuinę & Theologię, quod Bal. procem. feud. col. 7. trahit ad consuetudines Longobardorum, & ad quas nō fæces & deliria trahuntur? Et tamē adhuc minus delirat, quām q̄ trahunt ad consuetudines quarumuis θεολογονέων, & anilium superstitionum, quibus etiam ex papistica doctrina audent etiam peculiare sacrum, tanquam è cœlo l̄apsum instituere: nec solum uerbū Dei prætexere, sed etiam quod maius est, præceptis Decalogi, uelut opus supererogationis præferre. + Utq; unum pro multis, sed famosissimum, & toto orbe cantatissimum proferamus exemplum: Germani nuper, quām brutalibus, sed altè fixis prestigijs, uelut œstro perciti, ad idolum illud Compostellanum cursitabant? quod tantum aberat ut ad se uenientes seruare posset, ut indigeret custodi diri ab illis qui studio diuum plusquām poeticum custodiendi, nō esse circum altare illius, nedum uulnibus, sed etiam homicidijs sese conficiebant, ut est text. apertus in Decretal. c. propo suisti, de consecrat. Ecclesiæ uel altar. quam idolomaniam tantum abest ut Papæ eradicarent, it deum camino infuderint, confirmantes hac diabolica insania beatum Iacobum Apostolum sancte riteq; coli. Tantæ impietatis uotum, uelut eo sacratius, quo sceleratus, suæ soli dispensationi referentes, ut Panor. & omnes Canonistæ, in c. ex multa, de uoto & uoti redempt. quantumuis Iacobus contraria docuerit, nec unquam in Hispania fuerit, sed primus Apostolorū paulo post Stephanū Hierosolymis occisus, Act. 12. Quid hic dicent antiqui patres, Episcopi, doctores Ecclesiæ primitiæ: quorum ab eorum facie sese proriperent tot Theologasti & magistri.

Hi in adulationem Papisticæ religionis coacernatis! At nos qui Dei gratia post tam diuturnas tenebras luce uerbi Dei renati, Christiani sumus, sacram Theologiam (quæ cœlestis est) ut non confundimus cum naturalibus scientijs, ita nec cum humanis legibus, tantum abest ut legem ullam humanam, esse reginam, dominam, aut superiorum Theologiæ, ut ne æquandam quidem illi censeamus: sed id ut ethnicum & blasphemum execrantes sacram Theologiæ & authore & obiecto; & certitudine, & fine cæteris omnibus disciplinis & scientijs præstantiore & superiori afferamus. Verum ut alia est interior cordi iusticia, quæ est per solam Christi fidem, quam Theologia docet, alia civilis iusticia et disciplina externa, in qua Iuris prudentia uestatur: ita alia & superior Theologiæ, alia & inferior Iuris prudentiæ dignitas, uirtus & functio. In hoc autem pulchritudine differendo conueniunt, quod utraq; & Ecclesiæ & Republicæ necessaria est: illa illi, hæc huic propior, quodq; altera alterius, quanquam diuerso modo indigeret. Iuris prudentia enim indiget Theologia ut superiore, tam in theorica quam in praxi, in his præsertim quæ res diuinas & Ecclesiasticas concernunt: Theologia uero nō indiget Iurisprudētia, nisi ut inferiore, uelut reliquis inferioribus facultatibus, & circumstantiarū cognitione indiget: nulla tamen magis eget quam Iuris prudentia, prout nulla Theologia uicinior & affinior est, præsertim in his quæ ad secundā Decalogi tabulam spectant. Ipse enim optimus maximus Deus per os Mosi, post diuinas & Theologicas, statim ciuiles & politicas de rebus humanis leges Israeli attexuit & promulgauit. Quod si uerū & bonum Theologum, non in Metaphysicis (ut Aristoles, Averrhois cæteriq; ethnici philosophi, & post eos ad usq; theologastri illi censuerunt) sed in mentibus & moribus uerbo Dei & doctrina cœlesti imbuendis & regendis uestari opotet. Si inquam, oportet illum, & multo magis Ecclesiæ ministrum, non solum communis sensus, sed etiam œconomiae, politiæ, rerum agibilium & circumstantiarum expertum esse, ut satis ostendit Paulus i. Timoth. 3. & c. i. ad Titum. Quæ nam professio magis hoc docet & subministrat quam Iuris prudentia, non confusanea illa infinitis opinionib; & intricationum labyrinthis haſtenus obruta: sed dilucida, & qualib; parabilis, rebus & usibus hominū accommoda, ut nunc repurgamus & proſitemur? Ipsa certè & uetus & recens historia & experientia docuit & docet, ut nonnulli rerum expertes, præser-

tim Exmonachi, sola Bibliorum & aliquot exegeticorum Theologiarum librotum lectione: quinetiam linguarū quandoq; noticia fretri, sine ullo rerum usu, sine experientia Theologiam docere, aut Ecclesiam regere aggressi, quām insolenter & iejunē, ne dicam periculose, de magistratibus & iudiciis, de legum ciuilium potestate & usu, de contractibus, de usuris, de bello, de defensione, de reorū poenis & scripturis & docuerint: ut fileam quantā fenestrā quandoque uel anarchiæ, uel anabaptismo aperuerint, non dolo, sed dum ex sua sola umbratili theoria, de rebus quarum sunt expertes  
 45 iudicare et decernere se posse incaute cōsidunt. + Non exigo Theologum à Iureconsulto doceri, uel iura nostra discere, ne quis cauiletur, quamuis prius & à Grammatica, & à Dialetica longè inferioribus facultatib. doceri debeat. Sed hoc dico, quod sine aliquo rerum communium, præsertim ciuilium cognitione & usu (quæ præ cæteris Iuris prudentia suppeditat) non debet ad actum scribendi, docendi, regēdiq; Ecclesiam accedere. Scitum est, quantū piæ memoriæ Martinus Bucerus, linguarum & sacrarum literarū peritissimus, iam senex, & ipsa rerum experientia edocetus, quanto pere futuris Ecclesiæ doctoribus & ministris, legum etiam nostrarum studium commendabat. + Quid quòd non solum uetus & recens historia, sed uas illud electionis Paulus hoc testatur? Quorsum enim 1. Timoth. 3. tam disertè secundo loco exegit, episcopū siue ministrum esse unius uxoris virum? An' ne plures simul uxores contra legem Dei habeat, ut quidam etiam antiqui censuerūt minimè, quum priore loco exegerit irreprehensibilem esse. An uero ne admittatur, nisi mox ducta uxore, si ea careat, ut etiam tempore nostro quidam censuerūt & practicarunt? Nec hoc quidem. Paulus enim, etiam si uxorem quandoq; (ut Ignatius scripsit) habuerit; tamē illam secum non ducebat in ministerio apostolatus, 1. Cor. 9. quinimò carētibus uxore, suadebat ne quærerent uxore, sed ut manerēt ut ipse: hoc est, cœlibes, modò cōtinere possent: & addit hoc prodesse, quo liberius quæ Dei sunt curētur, 1. Cor. 7. Paulum est ergo, Paulum hoc requirere, ut huius œconomiae (& si fieri posset politiæ) noticiam habeat, qui Ecclesiam docere aut regere debet. id quod etiam disertis uerbis exprimit, addens: Qui tuę domui bene præfit, qui liberos habeat in subiectione. Quid si quis propriæ domui præesse non nouit, quomodo Ecclesiam Dei 47 curabit? 1. Tim. 3. + Non igitur sufficit sola uel exacta scientia, sed aliquis

aliquis etiam rerum usus, & aliqua œconomia & negotiorum experientia, etiam uoce diuina exigitur in eo qui Ecclesiæ Doctor aut Episcopus futurus sit: quoniam multo amplius & iudicij & experientiae requiritur in publico doctore aut ministro Ecclesiæ, qui non solum aduersarios ueritatis conuincere: sed etiam consilio & prudentia (quæ sine aliquo rerum usu non habetur) Ecclesiam iuare & regere queat, quam in alio priuato. Beatus Ambrosius Insubriæ proconsul, nondum baptizatus, in Episcopum Mediolanensem electus, non solum Ecclesiam illam Arriana labe infectam, sed etiam uicinas liberauit, malleus hæretorum sui temporis, & doctor Ecclesiæ præcipuus. Nestorius è prætore urbis Constantinopolitanæ, in eiusdem Episcopum assumptus tam sancte se gesit, hæreticos cohercens, ut specimen nomenq; sanctitatis reliquerit ecclesijs, quas monachi, rhetores, ludimagistri, aut alijs rerum expertes læpe turbauerunt, & dissipatas reliquerūt. Quisquis igitur cum uitæ & doctrinæ integritati, talem rerum experientiam adiecerit, ut per assuetudinem sensus habeat exercitatos ad discretionem boni & mali. Heb. 5. si is cōtinere uelit & possit, quid magis præpostorum, & à sensu Pauli alienū, quam ut uxore prius quam ministerium suscipiat, exigere? + Notum est quod nam sit Episcopi seu ministri Ecclesiæ officium, nempe uerbum Dei dispensare, idque pure & sincere, non ut falsi caupones aquam uino miscent, Esaiæ 1. aut paleas tritico, Hierem. 23. hoc est, traditiones humanas, ut ibi beatus Hieronymus exponit, & sacramenta administrare eodem uerbo instituta, & Ecclesiæ (ut familie) doctrina & exemplo, non dominatione præesse, 1. Petri 5. Principis autem uel magistratus Christiani off. ci. im est, populo (in quo etiam ministri Ecclesiæ cōtinentur) præesse potestate eminenti & præcellentι, ad uindictam quidem nocētiū, laudem autem reſtē agentiū, ad Rom. 13. 1. Pet. 2. + disciplinam omnem externam, siue ciuilem, siue Ecclesiasticam seruare, & super omnia legem & uerbum Dei legere, discere, custodire, & custodiri facere, ut speciale mandatum & præceptum habet à Deo. Deut. 17. Iosuæ 1. Non recedet (inquit Dominus) liber legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo die ac nocte, ut obserues & facias secundum omne quod scriptum est in eo. Estigitur uoce Dei custos totius legis, etiam merè diuinæ, saltē quoad externa officia. Quare externa officia & professiones spectantes non solum ad secundam, sed etiam ad primam Decalo

git tabulam, iudicat. Prima enim tabula propter disciplinā pertinet  
 50 ad uitam corporalem & temporale: tñō quòd in his solus sibi exc-  
 quendi modum aut typum Ecclesiasticū deternat, sed cum mini-  
 stris & doctòrib. Ecclesiæ, ut Deut. 17. iubetur ipse sibi describere  
 exemplar legis in libro, coram sacerdotib. & Leuitis: & sic nō clam  
 eis, nec incòluntis. Si enim in rebus ciuilibus, in quib. suo iure (ser-  
 uata tamē æquitate, & subditorū commodo) liberam habet pote-  
 statem: maturū tamen eorum ad quos spectat cōsilium prius adhi-  
 bere debet, l. humanum. C. de legib. Quanto magis in rebus diuni-  
 nis, in quibus non habet nisi nudum ministerium & executio-  
 nem, sicut merus minister: nec potest uel tantillum ad dexteram  
 uel sinistram deflectere à ueiro Dei, nec addere aut detrahere.

51 † Et hoc est quod sentit legum doctòr Baldus in tractatu de pace.  
 Constant. ad fi. dicens, quòd in his quæ sunt iuris diuini aut natu-  
 ralis, summus Princeps non potest procedere, nisi ut ueritas, id est  
 ad limites ueritatis, alioquin quod facit ipso iure nullum est, tan-  
 quam à mero priuato uel procuratore ultra uel præter mandatum  
 agente. Pariter Episcopus uel minister Ecclesiæ, merus est execu-  
 tor seu dispensator uerbi Dei: non est dominus nec sponsus Eccle-  
 siæ, sed fidelis seruus & amicus Christi solius sponsi, stans & audi-  
 ens eum, gaudio gaudens propter uocem sponsi, hoc est dum uer-  
 bum Dei crescit & currit. Ioan. 3. † Porro ut non debet Princeps of-  
 ficiū Episcopi seu ministri inuadere, quod non impunè tentauit  
 Ozias, ob id lepra percussus, et templo cinctus, 2. Paralip. 26. ita nec  
 Episcopus aut minister officium principis seu magistratus ciuilis:  
 hæc enim discreuit Deus, utriusq; maximi doni dator, & discreta  
 manere uoluit, & sub utriusq; competenti regimine, quicquid hu-  
 mano generi utilē est, conferre, ait text. pulcherrimus in Auth. quo  
 modo oport. Episc. & cler. ad ord. perduci. Nouella 6. Hoc fuit sce-  
 lus horrendum, & nota certissima Antichristi Romani: qui post-  
 quām sibi præstigijs & in Ecclesiás subiectis, in officia & iura Prin-  
 cipum, Regum, Imperatorum, nec nō magistratus populi Rom.  
 inuolauit, & omnia diuina & humana, suæ tyrannidis ergo confu-  
 dit. † Sed ad rem: Minister excedit Principem, quantum ad curam  
 internæ cordis iusticiæ per fidem, & quantum ad Euangelij prædi-  
 cationem & administrationem sacramentorum, ut inquit text. in  
 dicta Nouell. 6. in princ. quæ est functio longe sanctior & nobilior  
 omni magistratu, etiam regali & Imperiali Princeps & qui uis ma-  
 gistratus.

52

gistratus, etiam regali & Imperiali Princeps & qui uis magistratus excedit ministrum & Episcopum in Iurisdictione & omni disciplina externa, etiam Ecclesiastica: & debet esse eminens, imò supereminens & præcellens, etiam super Episcopos, & omnes Ecclesiasticos, in administratione gladij & omnis Iurisdictionis & disciplinae externae, etiam Ecclesiasticę, ex decreto Dei. Rom. 13.1. Pet. 2. Est etiam potestas temporalis pro hac tantum uita, cum qua finitur. Contrà Episcopus & minister debet esse in humilitate. 1. Petr. 5. contenti alimentis & quibus tegantur. 1. Timoth. 6. quoniam regnum Christi quem solum prædicant, non est de hoc mundo. Ioan. 18. imò nec municipium quidem eorum hic est, sed in cœlo. ad Philippen. 3. in fine, ad Hebræos c. ult. quamuis interim pugnat contra hostes longe maiores & truculentiores, nempe peccatum, diabolum & infernum. De se enim & alijs ministris ait Paulus ad Ephes. 6. Non est nobis lucta aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarum seculi huius, aduersus spirituales astutias in cœlestibus. Quapropter assumite uniuersam armaturā Dei, &c. † Quanquam 54 etiam Christianus princeps & magistratus contra huiusmodi spirituales hostes pugnet suo modo, uidelicet sanam doctrinam sua autoritate custodiendo, tum sanctas ad hoc leges ferendo & exequendo, ut Theodos. magnus fecit in 1. & 2. C. de sum. trin. tum iubedo suis Euangeliū purè prædicari, alios uero exemplo & monitis ad id incitando, prout pius & sanctus rex Ezechias fecit. 4 Reg. 8. & 2 Paralip. 30. Itaque quantum ad omnem disciplinam externam, etiam Ecclesiasticam, potestas est solius Principis seu magistratus, qui tamen quantum ad res Ecclesiasticas, ministrorum & doctorum consilium adhibere debet. † Quantum autem ad custodiam, prædicationem & cursum uerbi Dei, quamuis uterque tam minister quam potestas, sit merus executor: tamen minister seu Episcopus potior est, nimurum dux uerbi, illiusque & sacramentorum dispelsator. Princeps autem seu magistratus manet in terminis simplicis quidem, sed publici & à Deo, quatenus uerbum illius sequitur, approbati executoris, ut est text. apertus, 2. Paralip. 29. Et ingressi sunt (scilicet sacerdotes) iuxta mādatum regis (scilicet Ezechielem) & imperium Domini. Rex itaque non propriū, sed domini imperium sibi iniunctū exequebatur, dum fractis idolis & excelsis, etiam anno serpente, congregauit sacerdotes & Leuitas, eosque iussit puram

ram Dei legem resumere, nec peccata patrum imitari, missisq; per  
cursores suos epistolis, predicauit reliquis filiis Israel, ut reuerteret  
tur ad Dominum, nec ambularent in preceptis patrum & fratum,  
56 sed Domini. 2. Paralip. 30. † Quantum ergo ad res diuinias tantum  
præstat Episcopi uel ministri munus & dignitas Principi seu magi  
strati, quantum os manui, iuxta pulchram illam & sanctam sacrae  
scripturæ analogiam, de ministro quidem sic dicetis, Malach. 2. La-  
bia sacerdotis custodierunt scientiam, & legem requirent ex ore e-  
ius. De Principe uero, 2. Paral. 23. Dederuntq; in manu eius tenenda  
57 legem, scilicet Ioiada & sacerdotes, regi Iosas. † Sacrae ergo leges no-  
stræ Imperiales, præsertim primi libri Codicis sanctæ, iustæ & uali-  
dæ fuerunt, siue de personis & institutione Episcoporum & Eccle-  
siasticorum pro ratione temporis, ut l. officiales. l. presbyteri. l. in  
Ecclesijs. l. quicunq; & sancta l. si quenquam de symoniacis Episco-  
pis, & participibus criminis, tanquam laesæ maiestatis coram pre-  
fectis prætorio accusandis, & cum perpetua infamia regradandis.  
C. de Ep. & cler. siue de rebus Ecclesiæ, & tota disciplina Ecclesi-  
stica, ut toto tit. de sacrosanct. Eccl. siue de cohercione & poena ha-  
reticorum, tam clericorum quam laicorum, siue de nuptijs, & simili-  
es: quas Christiani Imperatores proprio iure & potestate, non mi-  
nus quam David, Solomon, Ezechias, Iosias, Israels & Iude reges  
ferre potuerūt: siue etiam de fide catholica & religionis doctrina,  
ut tres illæ leges sitæ sub tit. C. de sum. trin. Sed has quidem ulti-  
mas & similes non tulerunt potestate aliqua sibi propria, quam in  
his nullus hominum, nec angelorum quidem habet. ad Gal. 1. Co-  
loff. 1. uerū ut meri executores uerbi Dei conformiter ad eius pre-  
58 scriptū. † Male igitur et impie fuerūt nūc nullitatis, nūc impietatis,  
insimulatæ & propalā diffamatæ, etiā in scholis, iudicijs & cōcio-  
nibus, per Decretales & bullas Paparū, ranas & locustas monacho-  
rū, theologistarū et canonistarū à papis creatas et emissas. at deinceps in Christianis Ecclesijs & scholis, præsertim in hac Tubingē-  
si, longè quam unquam florentissima, quippe Dei beneficio, Euangelijs luce restituta, sub Christianissimo & clemētissimo Principe  
nostro Christophoro Duce Vuirtenbergensi, leges quoq; Imperia-  
les pristinæ dignitati & splendori, ad decus ueræ Dei Ecclesiæ to-  
tiusq; sacri Imperij ornamentum & stabilimentum perpetuum, re-  
stituendæ sunt: & ut Christianos fidelesq; sacro Imperio decepti, pu-  
rius (sophistiam omnem repellendo) docendæ, quo nō solum in-  
privatorem

priuatorum causis, sed etiam in publicis, & Ecclesiæ & imperio u-  
sui sint. Amplissime senatus, uenerandi patres, clarissimi professo-  
res, & omnium inclytę huius Academę ordinum & artium docto-  
res, magistri, λύτραι, περιλύτραι, & omnes optimæ spei studiosi, labores  
nostros & studia in primis Christianissimi & clemen-  
tissimi Principis nostri iuuate.

Dixi.

HISTORIA CERTAMINUM  
INTER ROMANOS EPISCOPOS ET SE-  
xtam Carthaginensem synodum, Africanasq; ecclesias, de  
primatu Papæ, bona fide ex authenticis monumentis  
collecta, à M A T T H I A F L A C I O  
Illyrico.

**S**EXTA Carthaginensis Synodus circa 420 Domini  
annum celebrata est. Fuerunt in ea cōgregati Episco-  
pi numero 217, inter quos & ipse diuus Augustinus,  
Prosper, Orosius, & multi alij prēstantes ac celebres  
uiri. Aurelius pord̄ Carthaginensis episcopus, præci-  
puus Africæ totius metropolitanus, uit tum uitæ tum eruditioñis  
nomine laudatissimus, præsedit.

Insignis autem ac admodū utilis historia de Papæ imperio seu  
potestate, ex ea synodo & alijs quibusdam uerulis ac authenticis  
monumētis colligi potest: quæ tamen haec tenus (quod ego sciam)  
à nemine, ne summatim quidem cōprehensa ac exposita est. Qua-  
re breuiter eam, CHRISTO iuuāte, recitare tentabo: tametsi optan-  
dum profectò ueheméter sit, illam ab aliquo insigni artifice & pro-  
lixè & luculéter cōscribi, atq; illustrari. Actu enim est maxima con-  
cētione, uel etiam acerbitate, in hoc cōcilio, integro quinquénio,  
de primatu Papæ super Africę & aliarum exterarum prouinciarum  
Ecclesias. Sed in hac synodo, tota causa tandem beneficio Dei fœli-  
citer decisa est: quam ut ordine exponam, quædam paulo altius  
mihi repetenda sunt.

Omnino (ut ex omnibus Romanorum Pontificum actionibus  
& scriptis appetet) cupidi iam inde ab initio Papæ fuerunt, poten-  
tia m seu tyrannidem suam quām latissimè super alias Ecclesias ex-  
tentendi. Iuuabat credo eos, sicut ipsam urbem Romam, ipsumq;  
C. imperatorem.

imperatorem orbis terrarum policite imperare uidebant, ita & omnes Dei ecclesiæ sub suo iugo ac imperio seruientes cernere: & consuetudine ipsa mundi ita ferente, plerunque maiorum ciuitatum Episcopi in maiori ueneratione habebantur, Metropolitanis uocabantur. Videmus sanè quotidie, quantopere non tantum magistratus, sed & incolæ magnarum ac potentium urbium, alios minorum oppidorum ciues præ se contemnunt.

Inflabat eos fortè & ipsa opinio, rumorque hominum uel uerus uel falsus, quod ibi Paulus ac Petrus summi Apostoli docuissent, quodq; ea Ecclesia sinceriorem doctrinam cæteris ex ipsis fontib. hausisset. Ideoq; putabant Papæ, se etiam Petri ac Pauli authoritatem & nomen habere debere, & in eadem cum ipsis apud omnes Ecclesiæ Dei ueneratione esse: sicut & adhuc semper se Apostolos & Apostolicos uocitant.

Quanta certamina diuo Paulo cum huiusmodi Petrinis discipulis, de sui præceptoris nomine tuméibus ac gloriantibus fuerint, notissimum ex eius epistolis est. Nusquam enim non rixari cum eis cogitur, & contendit se nullam superioritatem seu primatum Petri agnoscere, nec ab eo quicquam accepisse aut didicisse, quin potius cōtra ipsum de re graui monuisse, ac coram multis in facie seriò obiurgasse.

Hoc igitur nefario dominandi studio incitati Episcopi Romanii iam inde ab initio, subinde aliquid egerunt, aut saltem moliti sunt, quod ad eorum potentiam augendam facturum uideretur: quæ utinam omnia historijs fideliter comprehensa fuissent. Multa tamen certè eiusmodi accidisse, facile ex ijs quæ notata ab historiis sunt, quæq; ex eorum proprijs decretis coniiciuntur, animaduerti potest. Taceo enim contentiones Paparum in ipsa electione, ubi sæpè etiam armis inter se competitores certarunt. Certè sic Anicetus diuum Polycarpum virum preclarissimum, cogere uoluit ad recipiendam suam observationem Paschæ ieuniorum, & aliorum quorundam rituum: licet frustra, cum ille ei cedere ac subiici, eumque superiorem agnoscere nollet. Sic postea Victor Polycrate & omnes Asiaticas ecclesiæ, adiuncta etiam excommunicatione, ad easdem rugas compellere uoluit: sed ab Ireneo, alijsq; occidentibus Episcopis increpitus, à proposito uel inuitus desistere coatus est.

Huius perpetuæ flagrantissimæque ambitionis Paparum illustris

stre exemplum est & certamen inter D. Cyprianum archiepiscopū Carthaginēsem & Cornelium papam. Volebat enim tunc Cornelius sibi iurisdictionem ac quasi regnum quoddam in Africanas ecclēsias usurpare. Verū ille nullam proorsus superioritatem pontificis Romani super se & illas Ecclesias admittere uoluit, ut ex eius epistolis ad Cornelium liquidò appareret. Nam cum in persequitionibus, &c. Adscribe ex meo Catalogo, facie 18, usq; ad finem capitatis aut narrationis de Cypriano, exceptis 6 ultimis lineis.

Eandem ambitionem ipsorum & multæ eorum epistolæ testantur: tametsi non paucas fictas esse, in Clemente nostri Catalogi ostenderimus, & in fine huius scripti etiam ostensuri simus. Sed impudentissimæ Paparum gloriationis, audi Lector, unicū iam tantum exemplum. Ad Innocentium primum miserat synodus Mileuitana & Carthaginensis sua decreta contra Pelagianos, sicut & ad alios, præsertim primarū sedium Episcopos, petens ab eis subscriptiones & executiones. Ibi ille modestissimus Nocētius, in responsione usq; ad impudentiam, dignitatem potentiamq; suæ sedis pestilentiae deprædicat: Restè eos facere inquiens, quod ad se ea decreta mittant. Nam nulla Ecclesiastica negocia, quæ etiam in remotissimis prouincijs aguntur, prius finiri debere, quam Romā ad sanctissimam sedem examinanda & confirmanda mitterentur.

Atqui, non hoc consilio, bone Nocenti, ad te miserat illi sua decreta, ut ex tua authoritate, nutu ac confirmatione ea pendere uel lent: sed quæ ex verbo Dei concluserant, ea etiam abs te obseruari uolebant, ut ex ipsorum epistolis appareat. Et cur tu temetipsum deprædicas & celebras, tibi q; ipsi tibicinem aut præconem agis? Alienum te os, ut Sapiēs inquit, prædicet, non tuū. Causa in promptu est, quia inanis gloriæ, ampliandæq; tuæ tyrannidis cupidus eras, & talem prædicationem tuæ maiestatis illi patres in synodis existentes suis epistolis inserere contra sua uota obliti fuerant.

Omnino omnes epistolæ uetustiores ab alijs Episcopis ad Romanas scriptæ, aut proorsus nihil de Papæ imperio, aut certè tenuiter dicunt, exceptis perpaucis: sed Papales responsiones contrà, potissimum in suæ tyrannidis deprædicatione occupantur.

Licet uero tantis furijs Romani pontifices agitarētur, seduloq; suum PLVS ULTRA' quærerent: tamen usq; ad Nicænum concilium, nempe usq; ad annum Domini 340, nihil admodum efficere potuerunt, nullaq; eximia eorum authoritas in Ecclesia fuit, quod.

(ut iam breuitatis studio alia testimonia taceam) disertè Pius secūdus, seu Æneas Syluius, epistola 301 testatur inquiens: Ante Nicēnam synodum unusquisq; sibi uiuebat, & paruu respectus ad Romanam Ecclesiam habebatur. Verū in ea synodo occēpit oligarchia: in Ecclesia cōstitutum est, ut singulatum prouinciarum una aliqua Ecclesia, & unus aliquis Episcopus primus ac supremus haberetur, qui & Metropolitanus uocaretur, quo commodius omnia administrari possent. Quare factus est Romanus episcopus primas suburbanarū seu circumiacentium Ecclesiarum, Carthaginēs Africanarum, Alexandrinus Ægyptiarum, Antiochenus Syriacarum, Constantinopolitanus Græcarū, &c. Non præfert sanè ea synodus, aut honestius appellat, ne unica quidem literula, Romanum episcopum Alexandrino, aut Antiocheno, aut alijs metropolitanis.

Hic fuit primus gradus Episcopo Romano ad altiora (quod dum ex animo concupierat) ascendendi. Hac uero ille qualunque occasione non segniter usus est: sed statim Italicas, præsertim Romæ uicinas Ecclesiās, suo imperio subiecit. Postea etiam ulterius limites imperij sui propagare summo studio institit: de quibus singulis nimis longum esset dicere.

Cæterū hoc concilium, de quo iam agimus, circiter 80 annis post Nicænum est celebratum. Præsedit in eo (ut dictum est) Aurelius Archiepiscopus Carthaginensis: uir & illis sanctis patribus & ipsis etiam Papis, ut ex eorum epistolis apparet, ob multas præclaras dotes & merita reuerendus. In eo tres Papæ ordine, summo studio id egerunt, cum sanctis illis Patribus, ut sibi iurisdictionem in Africanas & alias exteras Ecclesiās concederent. Occasio autem ea erat eis oblata, quod quidam Africanus sacerdos nomine Apiani, presbyter Ecclesiæ Siccensis, homo (ut ei illa sancta synodus testimonium præbet) infinitis sceleribus contaminatissimus, à suo Episcopo, & etiam ipsa synodo excommunicatus, ad Papam Romanum, omnium facinorosorum perpetuum asylum, confugerat: à quo statim in communionem, sine aliqua diligentiori examinatione, tanquam innocens receptus, & à sua accusatione absolutus est: nec tantum ipse Papa eum recepit, sed & ab Africanis eum in communionem recipi præcepit.

Cogitans uero bonus Papa Zozimus (nam is tum imperabat) se ea occasione aliquid eximium ad stabiliendam suam iam diu optantem

tam & tentatā monarchiā gerere posse, misit ad synodū Africanā legatos à latere, quendā nomine Faustinū episcopū Potētinū, præsentib. (ut ex factis eius apparet) Curtisanis, probitate, sapientia, et modestia haud ita multū absimilē: & duos Romanæ Ecclesiae presbyteros, nomine Philippum & Aselum: eisq; in mandatis tradidit, ut suprà dictū Apiarium curen̄t, tanquam bonum ac innocētem sacerdotem, in communionem quamprimum à tota synodo recipi: & simul agant cum synodo, ut Episcopis & sacerdotibus liceat à sententia suorum metropolitanorum, aut etiam synodi, Romam ad suam Sanctitatem appellare: sibiq; etiam legatos à latere in Africam mittere, qui causas appellantium ad sedem Apostolicam ibi cognoscāt: uel (ut summatim dicam) iurisdictionem ac imperium sibi super exterias Ecclesiās flagitauit.

Quo autem id facilius impetrare possent, tanquam iam olim debitum Romano pontifici ius seu priuilegium, dedit eis Nicænam synodum falsatam seu corruptam, in qua tale priuilegium sibimet Papa suo arbitrio adscriperat. Hæc primum Zozimus papa egit.

Illi sancti uiri, Papæ legati, ad synodum proficiscuntur: exponūt ibi sua manda, cum magna quadam sanctitatis specie: dicunt S. Papæ Rom. petere tantum ut Nicenæ synodi decreta seruentur. Quid hac petitione honestius ac iustius uideri potest? Patres in synodo statim petunt sibi literas & cōmonitorium, memoriale seu instructionem ipsis pontificis exhiberi. Leguntur literæ & cōmonitorium, in quo & suppositicius ille Nicænus canon.

Intelligunt Patres, quatuor esse Papę postulationes. Præcipue tamen prima de appellationibus, quæ non obscurè totam iurisdictionē in Africanas & alias peregrinas Ecclesiās flagitabat, & Nicænæ synodi decreto confirmata esse dicebatur, eos sua nouitate & absurditate obstupefacit. Absurdissimum enim eis esse uidebatur, unum homuncionem omnibus C H R I S T I Ecclesijs per orbem terrarum sparsis imperare, easq; regere (quod tam multis episcopis esset perdifficile) uelle. Vrebant eos etiam non leuiter, quod illum tam scelestum Apiarium à se iustissimè damnatū, tam temere Papa in communionē receperisset & absoluisset, ac à se iam etiam recipi mandaret.

Deliberant igitur quid faciendum sit. Iustissimam esse petitionem uidebant, ut Nicæni concilij canones seruentur. Non meminerant autem se unquam quicquam tale in illius synodi canonis

bus legisse: nec tamen poterat, aut audebant tantum scelus de sanctissimo Papa suspicari, quod scilicet decreta Nicænæ synodi ausus fuisset falsare. Quare pacis cupidi pollicentur, se secundum eius petitionem facturos: sed tamen solum tamdiu, quoad authentica Nicænorum canonum exemplaria nanciscerentur, quæ sedulò seruare uellé. Inter ea moritur hic falsator, cum unum tantum annum sedisset.

Hic fuit primus actus huius tragediæ, in quo obseruandū est primū, Papam hunc non prætendisse ius diuinum, Scripturam, aut CHRISTI ordinatiōnē, qui sedem Romanam omnibus Ecclesijs imperare uoluerit, ut postea factum est, & iam in primis fit: nō citasse etiam consuetudinem, quod iam per 400 annos ea ecclesia & sedes alijs omnibus per orbem terrarū Christianis ecclesijs imperauerit: sed tantum ius humanum, id est decreta Nicæna, eaque ipsa per scelus ac impietatem falsata. Vnde apparet, nondum moris fuisse, ut Papa exteris imperaret: eoq; morem seu consuetudinem, seu præscriptionem longi temporis citare non potuisse.

Deinde obserua inenarrabilem tum ambitionem & regnandi cupiditatem, tum & audacem uel temerariam potius impietatem Papæ, quod ausus est Nicæni synodi tam sanctę (quam alioquin ipsimet Romanistæ quatuer Euangelijs authoritate in suis decretis æquant) canones tam nefariè falsare, idq; scribens ad tantam synodus, ubi Augustinus cum tam multis alijs sanctissimis & doctissimis episcopis fuit.

Zozimo successit Bonifacius primus, qui magna cōtentione & ambitione uix sedem Romanam contra Eulalium (is enim simul, idque à maiori parte cleri & populi, factus erat Papa) obtinuit: qui Eulalius, quanto melior ac modestior hoc Malefacio fuerit, inde apparet, quod cum post mortem sui cōpetitoris ad papatum concorditer à populo & clero reuocaretur, eam dignitatem ultro contemperit, unde manifestum est, & ante eum non iure uitium ab altero, sed illi sua modestia sponte cessisse.

Hic bonus Malefacius primus, in sui antecessoris impia ambitione petedi iurisdictionem super exteras Ecclesijs, & nefario scelerre corruptorum canonum Nicænæ synodi peruicaciter perstigit: per eosdemq; legatos, & nouas literas, eodem modo à synodo sibi imperium tyrannidemq; super CHRISTI Ecclesijs postulauit.

Res denuò tractata est in synodo diu, & maxima altercatione atq;

atq; labore, urgente nimirum legato Papæ, ut Nicænæ synodi decreta seruentur, quæ ipse aiebat Papæ imperium super omnes Ecclesiæ dare: & resistantibus Patribus, ac negantibus quicquam tale in suis Nicænæ synodi exemplaribus inueniri. Testatur synodus in epistola ad Bonifacium, longis uoluminibus comprehensas esse illas altercationes, seu disputationes: quæ ò utinam extarent. Multa haud dubiè ad lucem ueritatis utilissima ibi inuenirentur. Nam proculdubio multa utrinque dicta & allegata sunt, multa etiam constantius contra Paparum furiosam ambitionem ab illis sanctis Patribus longo illo certamine declamata.

Tandem conclusum est, ut petantur authentica Nicænæ synodi exemplaria Constantinopoli & Alexandria: & ut interea, quo ad afferatur, nihilominus Papa suum cōmenticum ius, seu iurisdictionem exercere possit. In eandem sententiam & Papæ respondent: & infaustum illum Faustinum, legatum à latere, cum tali responsu dimittunt.

Ablegat quoq; sancta synodus proprios legatos cum literis, ad Constantinopolitanum & Alexandrinum patriarcham, qui inde authentica exemplaria Nicænæ synodi afferrent. Interim Maleficius ille Romanus, eum triennium & menses octo sua maleficia in sede Romana exercuisset, ad patres suos abiit, sine pœnitentia. Atque hic est secundus huius tragœdiae actus.

Malefacio huic primo succelsit Cœlestinus primus, per antiphra sin haud dubiè sic dictus. Hic onerauit Ecclesiam prolixo & inutili boatu, & multis alijs uanissimis traditionibus: cum antea tantū Epistolæ beati Pauli, & Euangelia, cum majori Ecclesiæ Dei ædificatione legerentur. Hic in maiorum suorum ambitiosa imperandi super Ecclesiæ Christi cupiditate, nefariaque decretorum Nicænorum falsificatione pertinaciter perseverauit: licet ab Africa na synodo ueriora exemplaria Nicænorum canonum, Constantinopoli & Alexandria petita, suum antecessorem Bonifacium paulo ante mortem accepisse, ac sceleratam fraudem falsatorum canonicum detectâ esse, probè sciret. Quare remissis iisdem legatis, nempe infausto illo Faustino, Philippo & Asello, postulationes priorū Paparum longè maiori fraude & impudentia pertinaciter ursit.

Ij scientes iam fraudem corruptorū canonum, in qua antea ferme sola spem uictoriæ reposuerant, detectam esse: statuentesque, nunc tantum audacia & impudentia esse pugnandum, sui noui Pa-

pæ cœlesti spiritu inflati, astutisq; instructi, tanto maiori ui ac impetu contra sanctissimi synodi patres, ueluti Anthei quidā insurgunt: urgent, ut scelestum illum Apiarium in communionem sine mora recipient, quem iamdudum sanctissimus Pontifex in communionem recepisset, & ab omni accusatione absoluisset. Instant quoq; ut Romanæ sedi se subiijciant, iuxta priores Paparum petitiones, & sanctæ Nicænæ synodi decreta.

Contrà Patres proferunt authentica exemplaria ab Alexandrina, & Constantinopolitana ecclesia per suos legatos allata, Paparumq; Romanorum impiam ambitionem & immane scelus falsatæ synodi redarguunt. Dicunt se iam antea illis ipsis legatis bis, cum prius à Zozimo, deinde à Bonifacio missi eadem de causa es- sent, indicasse, cōmunia exemplaria longè aliter habere, ac Papa & ipsius legati assererent: & tamen pacis studio cōsensisse in eorum petitionē, quoad liquidius exploraretur ex authenticis exemplaribus, an id decretum à Nicæna synodo constitutum esset. Ad hæc, se iamdudum illa ipsa authentica exemplaria Bonifacio Papa huius præcessori, per eosdem Innocentium presbyterum & Marcellum subdiaconū misisse, qui ea Constantinopoli & Alexandria attulerant; indicasseq; ipsi, neq; communes, neq; authéticos Constantinopolitanæ & Alexádrinæ ecclesiæ codices ita habere, sicut ipse & eius antecessor Zozimus affirmauerant. Quare se maximo- pere mirari, & Papæ & legatorum, præsertimq; ipsius Faustini au- daciam & impudétiā, qui adhuc ausiāt illam suam ambitiosam tyrannidis flagitationem urgere, & Nicænis canonibus tam sceleratè abuti. Negant igitur se Apiarium in gratiam recepturos, nisi ille aut purgat se manifeste de obiectis sibi criminibus, aut confessus ea supplex ueniam petat. Negant etiam, se ullam iurisdictionē aut potestatem Papæ in Africanas aut alias exterias ecclesias dein ceps concessuros esse.

Ibi sceleratus ille Faustinus, alijsq; legati à latere, plane Curtisanensi audacia uociferati & protestari incipiūt, eos conari sacrosanctæ sedis Rom. priuilegia imminuere, & Nicænæ synodi decreta irrita facere. Pugnatur & cōtenditur integrum triduum acerrimè, hinc sancti patribus Papæ iugum renuentibus, inde Romanensis legatis superbissimè & audacissimè instatibus, ut id omnino accipiant.

Tandem singulari Dei beneficio improbus ille Aparius, diffi-  
d: 18.

dens se per legatos Papæ cōmunionem Africanis ecclesijs extorquere posse, & conscius sibi respondere ad obiecta crimina non posse, prōsidens in genua, obiecta flagitia confitetur, supplexq; ue niam à synodo petit. Et sancta synodus decernit, ne cuiquam uel sacerdoti uel episcopo ex Africa aut alijs prouincijs metropolitanos habentibus, ad Papam appellare liceat: sed sit prima cognitio causarum Ecclesiasticarum penes Episcopos & Metropolitanum, secunda penes prouinciale concilium, ultima penes uniuersale: item, ne ullum ius deinceps Romano Papæ super Africanas ecclesijs concedatur. Atque hac ratione illi sancti Patres iugum Papæ suis iam ceruicibus imminens, penitus repellunt ac reiiciunt.

Ipsi quoque Papæ latis aspera epistola patres illi respondent: in qua primum grauiter queruntur de maximis molestijs, quas sibi exhibuerit Faustinus, eius legatus, instans ut Apiarium ab ipso Papa absolutum in cōmunionem recipient, & urgens ficticia Romanæ ecclesiæ priuilegia corruptis canonibus subnixa: cum tamen Apiarius tādem omnes illas sibi obiectas turpitudines ultro agnoverit, & in Nicænæ synodi decretis nihil tale reperiatur.

Deinde accusant & ipsum Papam non obscurè, quod tam temere illum nebulonem à te iustissimè excommunicatum & damnum, in communionem receperit, sicq; Ecclesiastica disciplinam dissoluerit.

Tertiò disputant de iure, quod nulla synodus ademerit ius Africanis ecclesijs, finaliter & sine appellatione de suis controvēsijs pronunciandi: quin potius, aiunt, Nicænam synodum omnes sacerdotes & causas suis metropolitanis & synodis subiecisse, sine ulla ulteriore appellatione.

Quartò afferunt & rationes, quare singulæ cause in suis proutiuejs finiendæ sint, nec ad Romanum sit pontificem appellandum: quia sit magna commoditas testium & aliarum circumstatiarum, ad cognoscendā causam in eo loco, ubi exorta est. Quæ contrà omnia non tantum sint incommoda, sed & planè desint, si aliò procul, ut Romanam, controvēsiæ iudicandæ reiiciantur.

Ad hæc dicunt, & diuinum auxilium tum in iudicando, tum in cōstanter exequendo, non minus Africanis aliarumq; gentium sacerdotibus aut episcopis, quam Romanis Papis affuturu. Nec debere ipsum Papam, aut aliud quenquam cogitare, sibi quidem affuturum Deum in iudicando, alijs uero Christianis non perinde.

Qui locus de æquali diuinæ gratiæ præsentia cum primis obserua-  
tu dignus est, quando quidem impurissimi Romanistæ impuden-  
tiore clamitat sibi esse traditas claves & scientiā pascēdi oues Chri-  
sti, suum papam errare nō posse, & habere omnia iura in scrinio pe-  
ctoris sui.

Quintò negant authentica exemplaria Nicænæ synodi ita habe-  
re, ut ipse cum suis antecessoribus Papis, in suis literis ac Nicænis  
exemplaribus ad se iam toties missis posuerant.

Sextò monent Papam, ne ullos à se ad ipsum appellantes admic-  
tat, ne ullos à se excommunicatos in communionē accipiat: ne ul-  
los Curtisanos aut legatos à latere in Africam mittat, qui de ulla re  
ibi iudicare præsumant. Monent etiam, ut illum suum impuden-  
tem rabulam seu legatum Faustinum, ex Africa protinus reuocet.

Demum graui admodum epiphonemate concludunt, ac Pa-  
pam monent, ne fumosum (recito ipsorum uerba) typum seculi  
huius in Ecclesiam Dei inducāt, quæ lucem simplicitatis & diem  
humilitatis Deum uidere cupientibus præferat: id est, ne perinde  
uafris ac sceleratis consilijs pessimisq; artibus in Ecclesia Dei im-  
perium ambitione quærat, sicut impij homines in politijs per fas  
& nefas potentia, regna, & tyrannides quærere affectareq; solent.  
Piorum enim hominum in Ecclesia officium esse, ut simplici ueri-  
tati studeant, & humilitate ac modestia inter se decretē, omni-  
busq; officijs ac honore se mutuā præueniāt. Atq; hic sit tertius  
actus, tunc quidem non insælix, nec sancto Augustino, alijsq; tam  
multis præclarissimis uiris & Episcopis, qui ei synodo interfue-  
runt, indignus.

Ne quis autem putet, immeritò Papis falsationem Nicænorum  
canonum obiectam esse, primùm id ipsius sacrosanctæ Carthagin-  
ensis synodi testimonium probat, quod profectò à pijs contem-  
ni minimè debet. Deinde Paparum & aliorum Romanistarum si-  
lentium, quo nimirum falsi sunt se obiectum crimē refellere non  
posse. Tertiò ipsa propria Romanæ ecclesiæ exemplaria concilio-  
rum, quæ ne hodie quidem illum suppositicum canonē inter Ni-  
cænadecreta numerant, aut ponūt. Quinetiam contrarium cano-  
nem de æqualitate authoritatis metropolitanorū sexto loco po-  
nunt, quem tantopere Carthaginésis synodi patres pro se citant.

Eadem porrò prohibitio (ut ad propositum redeam) appellan-  
di ultra mare, id est, ad Papam, fuerat etiam facta paulo ante in sy-  
nodo

nodo Mileuitana, ubi itidem Augustinus synodo interfuit. In hac, aut alia Carthaginensi synodo etiam illud decretum statutum est, quod distin&. 99. recitatur in hæc uerba: Primæ sedis episcopus nō appelletur princeps sacerdotū, uel summus sacerdos, aut aliquid aliud huiniusmodi, sed tantum primæ sedis episcopus. Vuiuersalis autem, nec etiam Romanus pōtifex appelletur. Quod admodum bellè cum præcedenti historia conuenit, & ambitionem episcopo rum coheret.

Vbi nunc sunt Papistici seductores, ut uecors Maranus, & alij: qui tanta confidentia affirmant, nullam unquam fuisse c̄hristi Ecclesiam, quæ Romana non fuerit, aut Romanę non obeduerit? Num igitur diuus Augustinus cum tot sanctissimis episcopis, eo-rumq; auditóribus Ecclesia c̄hristi fuerunt, quia iugum Roma-ni Antichristi tam constanter à se repulerunt?

Mirari autem quispiam non immeritò profectò possit, tāta am-  
bitiōnis cupiditate, tantaq; dominandi libidine, aut furore potius  
incitatos, uel etiam furiatos fuisse tres istos pōtifices, ut nō Deum  
timuerint, aut saltem homines ueriti sint, cum tam impudenter si-  
bi tyrānidem in domo Dei flagitare, & tam sacro sanctæ synodi de-  
creta contra conscientiam fallare, idque coram tanto concilio, ad  
hæc etiam p̄emoniti à tota synodo ausi sunt. Sed profectò pleriq;  
Romani pontifices tali quadam inexplebili ambitione & regnani-  
di cupiditate arserunt, ut &c de ipsis etiam uerè dici possit, Ex uno  
disce omnes: id est, plerosq; paucissimis planè exceptis.

Vt autem melius & agnoscere & mirari istorum Romanensium  
nebulonum fraudes possis, audi quæso & hoc. Prædicto infernali  
Cœlestino successit Sixtus, cui Leo primus, cuius non pauca scrip-  
ta adhuc extant. Huius tempore Chalcedonensis synodus celebra-  
ta est: in ea damnatus est Eutyches. In eadem & Anatholius Con-  
stantinopolitanus archiepiscopus, uolebat sibi subiçere Alexádri  
nam, Antiochenam, & alias orientales Ecclesiæ: id est, supremus  
& uniuersalis episcopus, ut nunc se Papa esse iactat, totius Eccle-  
siæ fieri. Ad eam rem obtinendam citabat decretum Constantino-  
politanę synodi, quæ 80 annis antè Macedonium damnauerat, u-  
bi eadem dignitas Constantinopolitano archiepiscopo erat con-  
cessa. Et sanè etiam ea ipsa Chalcedonensis synodus unanimiter ei  
talem dignitatē sponte ac ultro cōcedebat, ut ex xvi eius actio-  
ne clare appetat.

Ob id uel Anatholij uel synodi ipsius factum, Deus bone quantas tragedias in suis scriptis ciet Leo, furentis instar clamitans, sacrosanctam Nicænam synodum constituisse per singulas prouincias Metropolitanos episcopos, quibus omnes alij subiecti essent: & nullus planè imperaret, nisi synodi uel prouinciales, uel etiam uniuersales. Pro ijs uociferatur, se uitam suam profusurum: ac nequaquam passurum, ut ulla ex parte uiolentur, aut quisquam omnino episcopus sibi Metropolitanos episcopos subijciat. Neminé enim debere in Ecclesia Dei imperandi cupiditate, & aliorum episcoporum oppressione, potentiam querere.

Vnde apparet sceleratus planè pontificum Romanorū animus. Hic enim declamat pro libertate & iure Metropolitanorum. At antecessores eius (imò & ipsem postea, ut mox indicabo) idem planè egerunt, quod tunc Constantino politanus agebat, ut scilicet sibi Metropolitanos omnes subijcerét, ac per omnes ecclesias & quidem ipsi Papæ, tanto maiore scelere, quod simul etiam falsauerant Nicænae synodi (quam iste Leo, uel Lupus, sacrosanctam esse nult) decreta: item, quod inuito concilio id extorquere uoluerant, quod Anatholio synodus libenter concedebat.

Iste Papa clamitat, Nicænam synodum statuisse, ut nullus unus Episcopus præsit, seu imperet Metropolitanis. At illi tres superiores pertinacissimè, & contra conscientiam, admisso etiam crimen falsi, assuerarant, Nicænam synodum sibi, id est Romanis Papis, omnes Metropolitanos cum suis coepiscopis subiecisse. Ita uideamus, quanto furore sint acti Romani pontifices, & quomodo prohibitu & sua utilitate, iam hoc iam illo modo iura torserint: eosq; conciliorum canones, quos ab alijs tanquam sacrosanctos obseruari uoluerant, petulanter scientes ac uolentes uiolauerint.

Quin & huius iphus Leonis legati in prædicta Chalcedonensi synodo Nicænum canonem sextum subtili, ac planè Romaniistica arte falsarant. Nam cum illud decretum, archiepiscopum Alexandrinum & Antiochenum disertè æquet Romano, alijsque metropolitanis: illi cum decretum recitandum præsidentibus offerrent, præposuerunt canonii talem summam: Quod Romanus episcopus semper primatum habuerit. Quod illi latius accipi uoluerant, quam canonis sententia erat: tanquam si præ omnibus alijs metropolitanis primatum Romanus episcopus semper habuisset, cum canon tantum de sua prouincia, uidelicet circumuici-

na Italia loqueretur, et alios metropolitanos ei nequaquam subi-  
ceret, sed planè æquaret. Sic uidemus, Romanistas semper falsan-  
dis sacrostantis concilijs, & alijs sanctorum patrum scriptis assue-  
tos fuisse.

Sed quid sancti ac iusti habet immensa regnandi cupiditas? quæ  
si usquam sese impotenter gescit, tum uero in primis in Romanis  
pontificibus. Paulo sanè ante huius historiæ tempus, tanto furo-  
re Romani papæ inter sese certarant non semel, ut inter Damasum  
& Vrsacium adèd atrociter sit de ea pestilentie sede pugnatum, ut  
una sola die 140 homines in uno tantum templo interfici inuen-  
ti sint. Acciderunt autem & alibi passim in tota urbe promiscuæ cæ-  
des pluribus diebus. Quot ergo putas uerisimile esse homines in-  
terfectos, ob illos duos tyrannos? quandoquidem non omnes le-  
thaliter sauciati, statim in ipso loco confictus moriuntur. Plurimi  
haud dubiè postea domi mortui sunt. Fuit enim tam atrox inter il-  
los duos nebulones seditio, ut ipsem Cæsareus urbis & palatij  
præfectus, ex urbe, metuēs periculum, aufugere coactus sit. Testa-  
tur hoc Amianus Marcellinus, eius temporis historicus. Recte er-  
go Adrianus III dicitare solitus erat, Papas Romulo potius in a-  
dipiscenda per parricidium tyrannide, quam Petro in pascendis o-  
uibus, succedere.

Sed nondum hic finis huius tristis tragœdiæ, aut execrabilis Pa-  
parum ambitionis fuit. Verè enim de infatigabili ac immensa eo-  
rum cupiditate dici posset Terentianum illud: Falsus sum, sed non  
desatigatus: Hac nō successit, alia aggrediemur uia. Nam hic idem  
Leo rugiens statim, postquam uidit Anatholium desisse ambire  
tyrannide, coepit cogitare, iam tempus esse, ut ipie eam ueluti ua-  
cuam quandam possessionem sibi uendicet.

Quare sciens iam obiisse Augustinum, & alios multos patres,  
qui sextæ Carthaginensi synodo, ubi falsarij & ambitiosi Papæ re-  
pulsi erant, interfuerant: denuò tentat quasdam tantum Africanas  
ecclesiolas: non eas, ubi erat Metropolitanus, quem tentare parū  
tutum esse sciebat: sed modestè nō nihil, uel timidè potius. Scribit  
enim ad Episcopos Mauritaniæ: & non amplius, sicut priores Pa-  
pæ, petit ut ad se liceat cuiquam appellare, aut ut Romæ causæ fi-  
niantur: sed tantum dicit, se misisse sacerdotem quendam in Mau-  
ritaniam, qui cognosceret illarum ecclesiarum statum: eumq; sibi  
quædam retulisse, quæ parum recte herent. Debere uero eos om-

nia secundum ueteres canones agere, & præsertim in Episcoporum ordinatione. Quod si quæ lites aut controuersiæ oriuntur, eos debere in sua prouincia eas cognoscere, dijudicare & finire: sed tamen & sibi de eis aliquid scribere, & ut ipse possit suum suffragiū adiucere.

Antea uoluerant Papæ soli esse domini, & totum ius finiendi ultima sententia causas sibi uendicare: nunc, cum id non successerit, cupiunt saltem in aliqua parte eius potestatis hærere, donec plus per occasionem rapiant.

In alia epistola, ad Thessalonicensem episcopum scribens, iubet sibi omnes cōtrouersias indicari, ut ipse de eis statuere & pronunciare possit: ubi paulo plus sibi rapit, quām in proxima epistola ad Africanos. In eadem epistola obiurgat Thessalonicēsem episcopū, quod nescio quid durius in Atticum Nicopoleos metropolitanū episcopum, quem ipse met ei antea subiecerat, statuerit: eumq; denudū eius potestate liberat hisce uerbis, quæ ex epistola ipsius Leonis adscribam.

Igitur secundum sanctorum patrum canones, spiritu Dei conditos (intelligit Nicænos) & totius mundi reuerentia consecratos, Metropolitanos singularum prouinciarum episcopos (quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur) ius traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita ut à regulis præstitutis nulla aut negligētia, aut præsumptione discedant. Vide & totam epistolam, si libet.

Hic diserte Papa iste indicat, se illi metropolitano suū uetus ius ac dignitatē restituere: quod ei, alijsq; metropolitanis sacrofanci canones Nicenii ante centum & amplius annos tribuerunt, atque ita eum Thessalonicensis episcopi iure à se concesso liberare. Cur igitur antea, & quo iure eundem metropolitanum sua dignitate priuauerat, & alteri subiecerat, atq; ita sacrofanciæ Nicenæ synodi decreta uiolauerat, pro quibus tantopere contra Anatholij conatum declamauit?

Cur etiam non meminerat hic Leo infernalis, suarum declamationum de Anatholio: quod episcopi non ambitione, sed humilitate crescat? quod CHRISTVS uenerit non ministrari, sed ministrare? quod qui uelit esse supremus, ille omnium seruus esse debeat? Hæc enim plenis buccis in Anatholium declamitauerat. Sed nimis episcopi Romani tantum ideo alijs modestiam aut humilitatem

tem suaserunt, ut illi soli superbire eò commodius, & insolenter ty  
rannizare, alijs stulta imperitaq; modestia ultro eis cedentibus, ac  
se subiectientibus, possent.

Secuti Papę Africanos episcopos, & præcipuè Metropolitanum  
Carthaginensem, eidj; adharentes tum clericos tum laicos excom  
municauerunt, ac pro excommunicatis ab omnibus haberi iusserunt:  
& tum duris, tum bonis uerbis ac factis denuò ad paréduum  
sibi sollicitarunt, & urserunt. Res ac causa hæc haud dubiè uariè sur  
sum ac deorsum iactata est. Sed tamen centum integris annis à su  
pradicta sexta Africana synodo liberæ fuerunt illæ ecclesiæ à ty  
rannide Papæ: tametsi illi, ut eis mos est, subinde aliquid sibi iuris  
in eos, quantum per occasionem potuerunt, usurparint.

Cæterū centum annis postquam sanctissimi isti tyranni tam  
duriter (ut superius dictum est) cum sua ambitione tyrannidis af  
fectione, impudentijs; & scelerata sacroru Nicenæ synodi cano  
num falsatione, à sancta Africana synodo repulsi fuerant, obtinue  
runt imperiū super episcopos Africæ. Et metropolitanus Cartha  
ginensis, qui præcipue authoritatatis in tota Africa esse solebat,  
se eis subiecit: proculdubio improbantibus id factum multis bo  
nis ac pijs uiris, in Africalis ecclesijs.

Is, qui tunc tum hoc accidit, erat metropolitanus, uocabatur Eu  
lalius: Papa uero erat Bonifacius secundus. Extant utriusque de ea  
re scripta. Triste uero omnino est ac permoleustum, non tantum  
cōmemorare, sed etiam cogitare solum, quām nefariè & Papa in  
sultet prædictæ sacrofanctæ synodo, & metropolitanus illa dam  
net: tametsi eam disertè non nominent.

Fuit sanè & hic Malefacius secundus, primo illi (de quo suprà  
diximus) non ita absimilis. Nam & ipse perinde ut ille, magna am  
bitione uix obtinuit, ut aliqua pars cleri & populi se in Papam eli  
geret. & cum circiter mensem illud schisma durasset, ac alter, qui à  
maiori parte erat electus, nomine Dioscorus, uita decessisset: is  
Malefacius protinus ira, dolo, ac grandi amaritudine (ut liber Pon  
tificialis testatur) collecto cōcilio cleri, id egit, ut ille etiam defun  
ctus damnaretur: ipseq; eum publico scripto (quod & in archiuo  
ecclesiæ tanquā ad æternam rei memoriam collocauit) damnauit.  
Cæterū clerus ei damnationi subscribere noluit, eo quod & mul  
ti cum Dioscoro fenserant: & ini quum esse putabant, etiam in ma  
nes mortui saeuire. Sed hinc istius sanctissimi Papæ lenitatem spiri  
tus,

tus, & dominandi cupiditatem deprehendere potes.

Potes etiam eiusdem tum scientiam, tum probitatem, & ex eo perspicere, quod congregata synodo in basilica Petri, & ante eius suppositicum cadauer constituit, & iure iurando id decretum confirmauit, una cum clero, ut sibi liceat successorem eligere: elegitq; Vigilium diaconum. Sed paulo post idem decretum de consensu totius cleri damnauit, & coram toto senatu ac clero publicè exufsit, Vigiliumq; ut renunciaret electioni, coegit. Sic isti Antichristi etiam propria iura ac iuramenta sursum ac deorsum iactant, ac prolibitu iam rata iam irrita esse uolunt, figunt atque refugunt: nec tamen, testibus eorum Gnathonibus, errare unquam posunt.

Hic igitur sanctissimus (si dijs placet) pater, extortus Carthaginensi metropolitano, alijsq; quibusdam Africanis episcopis, consensum in suam monarchiam & damnationem decreti sextæ Carthaginensis synodi, de qua suprà prolixius dictum est.

Triste autem est, ut prius dixi, uel cogitare solū, quam diris ac nefarijs uerbis isti duo nebulones, Eulalius & Bonifacius, illam sanctissimam synodus, totq; doctissimos ac pientissimos patres damnent ac proscindant: tametsi eam nominare non ausint.

Nam Eulalius metropolitanus Carthaginensis, in sua epistola ad Bonifacium dicit, se damnare suos antecessores & successores, ac omnes planè qui sanctæ Romanæ ecclesiæ priuilegia tollere nituntur. Item dicit, se cum suis collegis seu coepiscopis, anathematizare omnes, qui contra sanctam Romanam & Apostolicā ecclesiam superbiendo, suas erigunt ceruices, & se sequi in omnibus Apostolicam sedem, eiusq; prædicare decreta seu traditiones. Dicit se eos pro excommunicatis habiturum, qui non consentiunt per omnia Apostolicæ sedi, id est Papæ. Obligat se etiam ac obstringit ad seruandam istam impiam promissionem seu consensum, hisce uerbis: Quod si in aliquo à professione mea deuiare tentauero, horū, quos damnaui, complicem mea sententia me esse profiteor.

Omnino fuit quædam abiuratio & execratio istis, quas iam scelerati prauitatis hæreticæ inquisitores miseris Christianis propoununt, non dissimilis: nisi quod, qui iam reuocant, se portissimum execrantur, suamq; fidem damnant, idq; metu periculi: ille uero ueritatis ac Ecclesiæ Dei proditor Eulalius, omnes & antecessores, & successores, & tot sanctissimi Patres, inter quos & Augustinum iam in Domino dormientes, totamq; illam sacrosanctam Carthaginem

ginensem synodum, extra omne periculum existens, contra conscientiam damnauit, & impio ore anathematizauit.

Cæterum ipse Papa, utpote choragus & author tanti sceleris, etiam impudentius in illam sacrosanctam synodum debacchatur. Nam in epistola ad Eulalium Alexandrinum archiepiscopum seu metropolitanum, in qua suum ipsi triumphum de Ecclesijs Africa nis, & de ipsa ueritate recenset, sic scribit:

Aurelius enim, præfatae Carthaginensis ecclesiæ olim episcopus (is fuerat Metropolitanus, & totius Africæ primas, & in prædicta sexta synodo præsiderat) cum collegis suis (id est, tota sexta Carthaginensi synodo) instigante diabolo superbire temporibus prædecessorum nostrorum Bonifacij atq; Cœlestini (de quibus supradictis) contra sanctam Romanam ecclesiam cœperit. Sed uidens se modò peccatis Aurelij Eulalius à Romanæ ecclesiæ communione segregatum, humilans regnouit se, pacem & communionem Romanæ ecclesiæ petens, subscribendo unâ cum collegis suis, damnauit apostolica authoritate omnes Scripturas, quæ aduersus Romanæ ecclesiæ priuilegia factæ quoquo ingenio fuerunt.

Hörtatur præterea illum Alexandrinum Eulalium, ut illum suum triumphum etiam alijs uicinis episcopis significet, & illam pudentiam reuocationem Eulalij Carthaginensis omnibus ostenteret. Indicat quoque ei, & alios multos episcopos per Orientem, similiiter se ipsi subiucere. Quæ nimurum omni Alexandrino episcopo ideo significat, ut & triumphos suos omnibus ambitiosè ostentet, & illum ad subiiciendum se ipsi tanto magis invitret.

Quælo te per immortalen Deum, Christiane lector, an satis sanâ mente præditos fuisse putas illos duos nequissimos nebulares, Eulalium puto & Bonifacium, quod aut si sunt tam perulantem impuro ore illos sanctissimos patres, & illam sacrosanctam Synodum blasphemare. Quippe cum Eulalius dicat se anathematizare suos successores & antecessores, illumq; sacrosanctum cœrum accuset, quod Romanæ ecclesiæ privilegia tollere uoluerint, quodq; superbiendo suas contra eam cœruires erexerint, & Malefacius Romanus clamet Aurelium eiusq; collegas, id est totam sextam Carthaginensem synodum olim instigante diabolo contra S. Romanam ecclesiam superbiniſſe, multaq; scripta coram uniuersa Christi ecclesia ostentare ac circumferre curet & iubeat.

Nec tamen tunc statim ira tyrannidem suam, ut cupiuit Roma-

E. nus.

nus Antichristus, ualidè obtinere potuit. Nam nec iste ipse proditor ueritatis Eulalius Cathaginensis metropolitanus, ei simpliciter summam absolutamq; potestatem dat: nec in posterum Constantinopolitani patriarchæ quieueré, qui sibi itidem uniuersalis seu ecumenici Episcopi nomen rapiebant, nec id solis Romanis concedere uolebant. Quare plurimæ eis cum Papis de isto præclaro Antichristi Palladio contentiones fuere: ut ex Conciliorum libro, Papalibusq; epistolis apparet. Pelagius certè acerrimè cum Ioanne Constantino politano patriarcha, de hoc titulo contendit: nec tamen tam contendit, quām eum titulum, eamq; ambitiosam dignitatem penitus damnat.

Idem agit & Gregorius Magnus, eius successor, etiam magis, uehementiusq; illam plusquam ethniam tyrannidis affectionem damnat ac uituperat multis admodum epistolis, quæ in eius Registro legi possunt. Sæpe dicit, illam cupiditatem efferendi sese super alios episcopos, esse idem quod Luciferi peccatum, qui reliquis se angelis æqualem esse contentus non fuit. Sæpe quoq; dicit, id esse Antichristi factum. Sæpè item dicit, consétere ut aliquis sit supremus seu uniuersalis episcopus, esse idem quod fidem abnegare. Dicit eum titulum esse nouum, stultum, superbum, peruersum, sceleratum & prophanum. Sæpe etiam repetit, pugnare cum Euangeliō, & omnibus patrum canonibus. Testatur item, nunquam quenquam suorum antecessorum eam dignitatem, potentiam seu titulum habuisse. Vide eius Epistolarum libro 4. epist. 31. 35. & lib. 6. Epist. 30. & alias.

Ex quibus omnibus testimonij clare appetet, reuera Papas usque ad illa tempora nondum istam tyrannicam potestatem ita firmam ac ratam habuisse, ut nūc habet: tametsi eam sæpiissimè haud quaquam dissimulanter affectauerint, ut superius prolixius dictū est. Sedit autem hic Gregorius primus post Bonifacium secundum, qui Africanas ecclesias, ut superius diximus, oppresserat, circiter annis sexaginta.

Gregorio magno successit Sabinus, cui Bonifacius tertius. Is à seditione & particida tyranno Phoca impetravit, ut Papa Romanus primatum super omnes Ecclesias & episcopos haberet. Hoc se fundatore suæ potentiae, uel tyrannidis potius, non immerito Papæ Romani iactare debent: ut simile habeat, sequē dignum patella operculum, quod sicut ille in politia præter omne fas ac ius tyran-

nidem

nidem per parcidiū prioris imperatoris ac sui domini inuaserat, ita papa eius fauore adiutus Ecclesiam oppressit. Nam nō minimū ab eo, si non longē maximum, stabilimentum suæ dominationis habuerunt. Cœpit sanè tunc eorum regnum egregiè crescere, ut etiam si multi & in Occidente & in Oriente eis cōtradicerent, tamē id planè frustra facerent.

Secuta est paulo pōst imperij translatio, qua astutè in suum com modum Papæ abusi sunt. Egregiè etiam sunt abusi simplici ac imperito zelo, incautāq; deuotione illorum barbaricorum Cæsarum (sic enim eos isti terræ filij Curtisani Papæ uocitat) qui Rom. fraudum parum gnari expertiq; fuerunt.

Apparet nihil minus, etiam Carolo & Ludouico regnātibus, Papæ maiestate longē minorem fuisse, quām nunc sit. Nam illi Cæ fares, quin & multi eorū successores, tum consilia suo arbitrio indecebant: tum episcopos creabant & confirmabant, eisq; quod uidebatur, imperabant. Quin & ipsos Romanos pontifices confirmabant, nec erat rata eorum eleſio: nec licebat eos cōsecreare, nisi Cæ sar annuisset.

Atque hæc potestas longo tempore Cæsaribus Germanicis integra, inuiolataq; permanfit, licet sæpius Papæ ceruicem suam contra Cæsares exercere conarentur. Demùm, cum Henricum IIII, circiter ante annos 450, per proprium eius filium Papæ cum suis epis copis & spiritualibus oppressissent: tum tandem plenum imperium non tantum in omnes ecclesiās, sed & ipsum imperium sibi arriپuerunt & asseruerunt, ut ab alijs prolixius explicatum est.

Hic habes breuiter comprehensam narrationem certaminū de tyrannide Papæ, nō quidem eorum quæ cum imperatoribus Germanicis acciderunt, quæ quia aliunde rectius cognosci possunt, uix attigi: sed eorum, quæ olim inter Papas & concilia, in primisq; Carthaginense sextum fuerunt.

Ex hac breui historiola, Christiane frater, multa cognoscere potes. Primū disces, quòd initio Ecclesiæ, & aliquot postea seculis, Papæ nullum tale imperiū, aut tyrannidē potius, qualem postea, & præsertim hisce postremis ac infelicissimis temporibus, in Ecclesiās Dei habuerint. Quod etiam ex ipsius Pij secundi ore superius clare audisti.

Deinde animaduertes, quibus & quām præclaris artibus Romani Antichristi ita tese in altum extulerint, euexerintq;: ac om-

nes pios, etiam ipsos Cæsares, pedibus suis calcandos subiicerint: nempe miris fraudib. & planè nefarijs sceleribus falsando & damnando sacrosancta concilia, confingendo supposititia scripta, excōmunicando sinceras ecclesiias, & horribiles turbas ac dissidia in Ecclesia Dei conciendo: quin & nefaria ac plus quam ciuilia bella mouendo, omnia deniq; iusta ac iniusta sursum ac deorsum miscēdo atq; perturbando.

Tertiò cogita, si iam olim uiuente Augustino, Hieronymo, Ambroso, alijsq; sanctis patribus, isti Antichristi tam scelerati, tamq; audaces fuerunt in sua impietate & tyrannde promouēda: quid postea eos uerisimile est non ausos facere, cum & ipsorum improbitas, & reliquorum Christianorum religionis negligentia & insciatia, in immensum creuerint?

Cogita denique, si in hac religionis parte isti impij seductores tantum ausi sunt: quid putas eos etiam in alijs, ut in Purgatorio, Missis, operibus supererogationis, indulgentijs, &c. nō ausos esse facere, ut modò ex religione, animarumq; nostrarum æterno existio, quam plurimum lucri habere, & maximum quæstum facere possent?

Abeant iam Papæ cum suis pepistis & adulatoribus, qui nobis semper Patres patres, Concilia concilia obgannivit: & perpendat, quam sancte uel ipsi, uel eorum maiores, sanctos patres sanctaque concilia carent, seruent & audiant: qui tam sanctissimæ Nicænae synodi decreta, ausi sunt tam pertinaciter, coram tam celebri Carthaginensi synodo, etiam præmoniti, scelerare falsare: & postea illam sacrosanctam Carthaginensem synodum tam horribiliter damnare, & dicere, eam instigate diabolo contra Romanam ecclesiam superbiuisse.

Sed Romanistæ, subtile homines, bona à malis, miro delectu, secernere norūt. Ea igitur ex concilijs accipiunt, quæ bona sunt, non quæ mala. Quæ autem eis sunt quæsto bona? Audi eorum Gelasium, de concilio Chalcedonensi disputantem. Dicit, eam synodum non omnino accipiendam, sed tantem quæ bona in ea sunt, ut quodd Eutychen damnauit: quæ uero mala, ut quodd Constanti nopolitano patriarchæ primatum dederat, ea esse omnibus modis rei cienda. Sic & ex hac sexta Carthaginensi synodo, multa passim in suis decretis & epistolis citantur sed illam suæ tyrannidis damnationem, horribiliter impuro ore detestantur & execrantur.

Ita

Ica uidemus, Papis ea omnia instigante diabolo acta & facta es-  
te, quæ ipsorum culinæ aut ambitioni non prosunt: quæ autem p-  
sunt, ea ex Spiritu sancto facta & decreta esse. Sic sanè et historię cre-  
brò testatur, quod quamprimum aliquis Cæsar, aut alius Christia-  
nus princeps, Paparum cupiditatibus per omnia satisfacere non  
uoluit (ut cum non est passus uel subditos suos ab eorum quæsto-  
ribus & procuratoribus expoliari, uel aliquibus urbibus statim  
non cessit) mox sit ab eis tanquam hæreticus & schismaticus pro-  
scriptus, & excommunicatus. Hæresis enim ac schisma Papæ om-  
ne id est, quod eius cupiditati, libidini & ambitioni aduersatur.

Atq; hic sit quartus Actus huius Tragœdię. Quintus, uel iam est  
cum CHRISTVS spiritu oris sui Antichristum confecit, eiusq; frau-  
des ac idolatrias detexit atq; refutauit: aut postea erit, cum eum  
præsentia sua in extrema die damnatum, & in tartara proiectum  
abolebit.

Sed ne quis putet me hæc confinxisse, addam ipsa Concilio-  
rum & Paparum scripta, ex libro Conciliorum: ex quibus potissi-  
mum hanc historiolam bona fide desumpsi.

## Q V A E D A M A D V E R B U M

### EX LIBRO CONCILIORVM DESCRIPTA, VN- de potissimum præcedens historia desum- pta est.

INITIVM ACTORVM CONCILII SYNO-  
disextæ Carthaginensis, ad uerbum.

N hoc concilio actum est, ut Nicænum cōcilium ab e-  
piscopis orientalibus peteretur. Cui synodo interfuit  
legatio ecclesiæ Romanæ, Faustinus episcopus, Philip-  
pus & Asellus presbyteri, &c.

### CAPVT I.

Post diem præstitutam concilij, ut recordamini fratres charissi-  
mi, multa flagitata sunt per expectantes fratres nostros, qui nunc  
ad præsentem synodus legati aduenerunt, quæ gestis necesse est  
confocientur, &c.

### II.

Faustinus episcopus plebis Potentinæ, prouincia Italæ, Pice-  
ni, legatus Romanæ ecclesiæ, dixit: In iuncta nobis sunt à sede Apo-

stolica, aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum uestra beatitudine tractada, sicut & gestis superioribus meminimus: hoc est, de Nicænis canonibus, ut conseruentur, & constitutio eorum & consuetudo, quia aliqua ordine & canone tenentur, aliqua consuetudine firmata sunt. De his ergo primitus, si placet beatitudini uestræ, haec tenus: & postea cætera, quæ acta uel inchoata sunt, inserta firmabuntur, ut ad sedem Apostolicam rescriptis uestris intimare possitis, atque nos uos admonuissé apud uenerabilem Papam euidenter pateat, licet & capitula actionū iam inserta sint gestis. De ipsis ergo ( ut dictum est superius ) quid uestræ beatitudini placeat, agere debemus. Veniat ergo commonitorium in medium, ut scire possit uestra beatitudo, quid in eo contineatur, ut ad singula respondeatur.

## III.

Aurelius episcopus dixit, proferatur Commonitorium, quod fratres & confacerdotes nostri in actis nuper allegauerunt: & cætera, quæ acta sunt, uel quæ agenda sunt, subsequantur. Daniel notarius recitauit.

Commonitoriu fratri Faustiuo, & filijs Philippo & Asello presbyteris, Zozimus episcopus. Vobis commissa negotia non latent. Vos ita ut nostra, imò quia nostra ibi in uobis præsentia est, cuncta peragite: maximè cum & hoc nostrum possitis habere mā datum, & uerba canonum, quæ in pleniorē firmitatem huic commonitorio inseruimus.

Canon suppositus à Papis, qui tamen ne hodie quidem uel in Latinis uel in Græcis Nicæne synodi canonibus habetur: imo planè contrarium habetur.

Ita enim dixerunt dilectiss. fratres in concilio Nicæno, cum de Episcoporum appellatione decernerent. Placuit autem, ut si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse episcopus uideatur, & configuerit ad beatiss. Ecclesiæ Romanæ episcopum, & uoluerit audiri, & iustum putauerit, ut renouetur examen, sci-  
bere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinquia prouincia sunt, ut ipsis diligenter omnia re quirant, & iuxta fidem ueritatis definiat. Quod si is qui rogat, causam suam iterum audiri depre-  
catione sua mouerit episcopum Romanum, ut è latere suo presbyte-  
rum mittat: erit in potestate episcopi Romani, quid uelit, & quid exsistimet.

existimet: & si decreuerit mittendos esse qui praesentes cum episcopis iudicent, habentes authoritatem eius à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si uero crediderit sufficere episcopos, ut negocio terminum imponant, faciet quod sapientiss. consilio suo iudicauerit.

Hoc commonitorium, seu memoriale integrum non est, ut ex sequenti epistola Synodi ad Bonifacium apparet: sicut nec epistole horum trium Paparum ad synodum adsunt, que omnia fraude Papistarum interuersa esse uerisimile est.

## III.

Et cum recitaret Alipius episcopus Tagastensis, legatos prouinciae Numidiæ, dixit: De hoc iam superioribus etiam literis conciliij nostri recipimus, & id nos seruaturos profitemur, quod in Niceno concilio constitutum est. Adhuc tamen me mouet, quoniam cum inspiceremus Graeca exemplaria huius synodi Nicenæ, ista ibi nescio qua ratione minimè inuenimus. Vnde petimus uenerationem tuam sancte Papa Aureli, ut quia hoc authenticum concilium Nicenum in urbe dicitur esse Constantinopolitana, aliquos cum scriptis tuæ sanctitatis mittere digneris: & non solù ad ipsum sanctum fratrem nostrum Constantinopolitanum episcopum, sed etiam ad Alexandrinū & Antiochenum uenerabiles sacerdotes, qui hoc nobis concilium sub stipulatione literarum suarum dirigant, ut omnis postmodum ambiguitas auferatur: quia nos ita, ut frater Faustinus attulit, minimè inuenimus. Ista nos tamen tantisper seruaturos (ut antea dixi) donec integra exemplaria ueniāt, profitemur. Petendus est autem literis nostris & uenerabilis ecclesiæ Romanæ episcopus Bonifacius, ut ipse quoq; dignetur ad memorata. Ecclesiæ aliquos mittere, qui eadem exemplaria prædicti Nicenij concilij secundum eius possint scripta proferre. Nunc autem memorati concilij Nicenij, qualia exemplaria habemus, his gestis sociemus.

## V.

Faustinus episcopus legatus ecclesiæ Romanæ dixit: Nec uera sanctitas præjudicet ecclesiæ Romanæ, siue de hoc capitulo, siue de alijs: quia dicere dignatus est frater noster & coepiscopus Alipius, dubios esse canones, &c.

## VII.

Augustinus ecclesiæ Hipponis Regiensis legatus, prouinciae Numidiæ,

midia, dixit: Et hoc nos seruatuos profitemur, salua diligentiore inquisitione concilij Nicæni. Aurelius episcopus dixit: Si hoc etiā omnium uestræ charitati placet, responsione firmate. Vniuersum concilium dixit: Omnia quæ in Nicæno concilio statuta sunt, nobis omnibus placent. Iocundus episcopus Ecclesiæ Sufetulæ legatus, prouincia Bizancenæ, dixit: Quod constitutum est in Nicæno concilio, uiolari à quoquam nullatenus potest, &c.

Hos duos articulos hæc Synodus ad uerbum accepit  
ex Nicæna.

**VI.** Antiqui mores obtineant: Qui apud Aegyptum sunt, & Libyam, & Pentapolim, Alexandrinus episcopus horum omniū habeat solitudinem: quia & urbis Romæ episcopo similis mos est. Similiter autem & circa Antiochiam, & in cæteris prouincijs priuilegia propria reseruentur metropolitanis ecclesijs. Omnino autem manifestum est illud, quia si quis præter consilium metropolitani factus fuerit episcopus, hunc concilium magnum definiuit non debere esse episcopum. Si uero communi omnium decreto rationabili secundum canonem ecclesiasticum comprobato, duo aut tres propter proprias inimicitiæ contradixerint, obtineat sententia plurimorum.

**VII.** Hierosolymitana cosuetudo antiqua seruetur, ut Eliæ Episcopus honoretur, & habeat ordinem honoris: salua tamen metropolitana dignitate eiusdem prouincie.

#### EX SYNODO CARTHAGINENSI.

**EPISTOLA AB OMNI CONCILIO AFRICANO** ad Bonifacium urbis Romæ episcopum, per Faustinum episcopum, Philippum & Asellum presbyteros, legatos ecclesiæ Romæ, directa.

**D**ominio beatissimo & honorabili fratri Bonifacio, Aurelius Valentinus primæ sedis prouinciae Numidiæ, & cæteri qui præsentes adsumus, numero 217, ex omni concilio Africæ. Quoniam Domino placuit, ut de his quæ nobiscum egerunt sancti fratres nostri, coepiscopus Faustinus, & compresbyteri Philippus & Asellus, non beatæ memorie episcopo Zozimo (à quo ad nos mandata & literas attulerunt) sed tuæ uenerationi (qui in eius locum diuinitus est constitutus) humilitas nostra subscriberet. Ea breuiter insinuare debemus, quæ utrorumq; concordia terminata

minata sunt: non ea, quæ prolixis gestorum uoluminibus continētur, in quibus (salua quidem charitate; non tamē sine paruo altercationis labore) demorati sumus, ea gestis delibātes, quæ nunc ad causam pertinēt. Quanquam & ille (si adhuc esset in corpore) hoc acciperet gratius, quod uideret pacatius terminatum, domine frater. Apriarius presbyter (de cuius & ordinatione & excommunicatione fuerat exortum nō solum Siccensi, uerū etiam toti Africæ ecclesiæ, non leue scandalum) de omnibus erratis suis ueniam petens, communioni est restitutus. Prior autem coepiscopus nostri Siccensis, Urbanus, quod in eo corrigendum uisum est, sine ultra dubitatione correxit. Quia uero paci & quieti Ecclesiæ nō tantum ad præsens, sed etiam in posterum prospiciendum fuit (quoniam talia multa præcesserāt, ut uel similia, uel etiam grauiora deinceps præcavueri oporteret) placuit nobis, ut de Siccensi ecclesia, retento scilicet honore gradus sui presbyterij, remoueretur Apriarius; & accep̄to epistolio, ubiq̄nq; alibi uellet, & posset, presbyterij munere fungeretur. Quod eidem ip̄i per literas proprias postulant, sine difficultate concessimus. Sanè prius quām hæc causa isto termino clauderetur, inter alia quæ diuturnis disceptationibus uerfabamus: quia rogatio ipsa poscebat, ut apud acta ecclesiastica à fratrib. nostris Faustino coepiscopo & Philippo atq; Asello cum presbyteris quereremus, ut promerent quicquid eis nobiscum fuisset iniunctū agendum, nonnulla quidem sine ullo scripto prosecuti sunt uerbis: sed cum id potius flagitaremus, quod in literis ferrent, Commonitorium protulerunt. Quod recitatum nobis, etiam gestis, quæ secum ad nos deferunt, est alligatum. In eis quatuor quidem nobiscum agenda mandata sunt: unum, de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem: alterum, ne ad comitatum episcopi importunè nauigent: tertium, de tractandis presbyterorum & diaconorum causis apud finitimos episcopos, si à suis excommunicati perperam fuerint: quartum, de Vrbano episcopo excommunicando, uel etiam Romam euocando, nisi ea quæ uidebantur corrígenda, corrigeret. Quorum omnium de primo & tertio, id est, ut Romam liceat episcopis prouocare, & ut clericorum causæ apud suarum prouinciarum episcopos finiatur, iam priore anno etiam literis nostris ad eundem uenerabilis memoriæ Zozimum episcopum datis insinuari curauimus, ut ea seruare sine ulla eius iniuria paulisper sineremus, usq; ad inquisitio-

nem statutorum concilij Nicæni. & nunc de tua poscimus sanctitatem, ut quemadmodum ea apud Nicæam à patribus acta uel constituta sunt, si ea à nobis facis custodiri, & ibi apud uos ista, quæ in commonitorio attulerunt, facias exerceri: id est, si episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo deiecerint eum, & appellasse uideatur, & confugerit ad beatissimum Ecclesiæ Romanæ episcopum, & uoluerit audiri, & iustum putauerit, ut renouetur examen, scribere his episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, ut ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem ueritatis definiant. Quod si is qui rogar causam suam iterū audiri, deprecatione sua mouerit episcopum Romanum, ut è latere suo presbyterū mittat: erit in potestate episcopi, quid uelit, & quid assimet. & si decreuerit, mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, habentes autoritatem eius à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio: si uero crediderit sufficere episcopos, ut negocio terminum imponat, faciet quod sapientiss. suo consilio iudicauerit. Item de presbyteris & diaconibus: Si episcopus quis iracundus (quod esse non debet) citò aut asperè contoucatur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminate eum de Ecclesia uoluerit, prouidendum est, ne innocentis damnetur, aut perdat communionem: habeat potestatem eiectus, ut finitos interpellet episcopos, & causa eius audiatur, & diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui aut iuste aut iniuste eum reiecit, parienter accipiat ut negotium discutiatur: ut aut probetur eius, aut emendetur sententia. Hæc utiq; usq; ad aduentum uerissimorum exemplariorū Nicæni cōcilij inserta gestis sunt, quæ si ibi (quemadmodum ipso quod apud nos fratres ex Apostolica sede directi commonitorio allegauerunt) continerentur, eoq; ordine uel apud uos in Italia custodirentur, nullo modo nos talia (qualia commemorare iam nolumus) uel tolerare cogeremur, uel intolerabilia patremur. Sed credimus, adiuuâte misericordia Domini Dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ ecclesiæ præsidente, non sumus iam istum Typum passuri, & seruabūtur erga nos ea quæ nobis etiam non disserentibus custodiri debeat, cum fraterna charitate, quæ secundum sapientiam atque iusticiam, quam tibi donauit Altissimus, etiam ipse prospicis esse seruanda, si forte aliter habent canones concilii Nicæni, Quamuis enim plurimos codices legerimus,

sed

sed nusquā in Nicæno cōcilio in Latinis codicibus legimus, quē admodum in supradicto commonitorio inde directa sunt: tamen quia hic in nullo codice Græco ea potuimus inuenire, ex orientalibus Ecclesijs, ubi perhibentur eadem de cōcilio posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoque uenerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes: hoc est, Ecclesiæ Antiochenæ, Alexandrinæ & Constantinopolitanæ: & alijs, si etiam tuæ placuerit sanctitati, ut inde ad nos ijdem canones apud Nicæam ciuitatem à patribus constituti ueniant, te potissimum hoc beneficium cunctis Occidentalibus ecclesijs in Domini adiutorio conferente. Quis enim dubitet, exemplaria esse uerissima concilij in Græcia Nicæen synodi congregatæ, quæ de tam diuersis locis, & de nobilibus Græciis ecclesijs allata & comparata concordant? quod donec fiat, hęc quæ in Commonitorio suprà dicto nobis allegata sunt, de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem, & de clericorum causis apud suarum prouinciarum episcopos terminandas, nos usq; ad probationem seruaturos esse profitemur, & beatitudinem tuam ad hoc nos adiuturam in Dei uoluntate cōfidimus. Cætera uero, quæ in nostra synodo gesta uel firmata sunt, quoniā supradicti fratres nostri Faustinus coepiscopus, Philippus, & Aselius compresbyteri secum ferunt, si dignatus fueris, tuæ nota facient sanctitati. Et alia manu: Dominus noster te nobis annis plurimis custodiat, beatissime frater. Subscripterunt quoq; Alipius, Augustinus, Posidius, Marinus, & cæteri episcopi 217.

## EPISTOLA AFRICANI CONCILII AD

Papam Cœlestinum urbis Romæ episcopum.

**D**ominō dilectissimo, & honorabili fratri, Cœlestino, Aurelius, Palatinus, Antonius, Tuttus, Seruus Dei, Terentius, Fortunatus, Martinus, Ianuarinus, Optatus, Celritius, Donatus, Theasius, Vicentius, Fortunatianus, & cæteri, qui in uniuersali Africano concilio Carthaginis affuimus. Optaremus, si, quemadmodum sanctitas tua de aduētu Apiani lætatos nos fuisse, misfis per compresbyterū nostrum Leonem literis intimauit, ita nos quoque de eius purgatione hęc scripta cum læticia mitteremus. Esset profecto & nostra & uestra modò alacritas certior: nec festinata, nec præpropera uideretur, quę adhuc tam de audiēdo, quām de auditō præcesserat. Adueniente sanè ad nos sancto fratre & coep-

piscopo nostro Faustino, concilium cōgregauimus: & credidimus ideo eum illò missum, quoniam sicut per eius operam presbytero antea redditus fuerat, ita nunc posset de tantis eriminibus à Tabra cenis obiectis, eo laborante purgari, cuius tanta ac tam immania flagitia decursus nostri cōciliij examen inuenit, ut & memorati patrocinij potius quām iudicij, ac defensoris magis operam quām disceptatoris iusticiam superarent. Nam primū, quantum obstat omni congregationi Faustinus, diuersas iniurias in gerendo, quasi ecclesiæ Romanæ afferens priuilegia, & uolens eum à nobis in communionem suscipi, quem tua sanctitas (credens appellasse, quod probare non potuit) communioni reddiderat, quod minime tamen licuit: quod etiam gestorum ex lectione melius cognoscet. Triduano tamen laboriosissimo agitato iudicio, cum diuersa eidem obiecta afflītissimi quereremus, uel moras coepiscopi nostri Faustini, uel tergiuersationes ipsius Apiajj, quibus nefandas turpitudines occulere conabatur: Deus iudex iustus, fortis & longanimis, magno impendio resecauit. Tetriore quippe ac putidio-re obstinatione compressa, qua tantum liuidum cœnum impudētia negationis uolebat obruere, Deo nostro eius cōscientiam coarctante, & occulta, quæ in illius corde tanquam inuoluta criminū iam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in cōfessionem cunctorum abiecto flagitiorū dolosus negator erupit, & tandem de omnibus incredibilibus opprobrijs ultroneus se ipse concuicit: atq; ipsam quoq; nostram spem, qua eum & credebamus & optabamus de tam pudendis maculis posse purgari, conuertit in gemitus: nisi quoniam istam nostram mœsticiam uno tantum solatio mitigauit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absoluīt, & suis uulneribus qualemcunq; medelā, et si inuita (ac sua cōscientia reluctante) confessione prouidit, Domine frater. Præfato itaque debitè salutationis officio, impendiò deprecamur, ut deinceps ad uestras aures hinc uenientes, non facilius admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem ultrà uelitis exciperre: quia hoc etiam Nicæno concilio definitum, facile aduertet uulnerabilitas tua. Nam et si de inferioribus clericis uel laicis uidetur ibi præcaueri, quanto magis hoc de episcopis uoluit obseruari, ne in sua prouincia communione suspensi, à tua sanctitate, uel festinatō, præproperē, uel indebitè uideantur communioni restituīt. Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba refu-

gia

gia (sicut te dignum est) repellat sanctitas tua: quia & nulla patrū definitione hoc ecclesiē derogatum est Africā, & decreta Nicæna siue inferioris gradus clericos, siue ipsos episcopos suis metropolitanis apertissimè commiserunt. Prudentissimè enim iustissimeq; uiderunt, quæcunq; negocia in suis locis ubi orta sunt, finie da: nec unicusq; prouincię gratiam sancti Spiritus defuturam, qua æquitas à CHRISTI sacerdotibus & prudenter uideatur, & cōstan tissimè teneatur: maximè, quia unicuiq; concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suæ prouinciae, uel etiam uniuersale prouocare. Nisi forte quisquam est qui credat, unicui libet posse Deum nostrum examinis inspirare iusticiam, & innumerabilibus congregatis in cōcilium sacerdotibus denegare: aut quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ uel propter sexus, uel propter senectutis infirmitatem, uel multis alijs intercurrentibus impedimentis adduci non poterunt? Nam ut aliqui tanquam à tuæ sanctitatis late re mittantur, nulla inuenimus patrum synodo constitutum. Quia illud, quod pridem per eundem coepiscopum nostrum Faustinū tanquam ex parte Nicæni conciliij exinde transmisisti, in cōcilijs uerioribus (quæ accipiuntur Nicæni) à sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ, & à uenerabili Attico Constanti nopolitano antistite ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, uenerabilis memoria Bonifacio episcopo prædecessori uestro à nobis transmissa sunt: in quibus tale aliquid non potuimus reperire, executores etiam clericos uestros, quibusq; petentibus nolite mittere, nolite cōcedere: ne sumos typum seculi in Ecclesiam CHRISTI (quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem, Deum uidere cupientibus preferi) uideamus inducere. Nam de fratre nostro Faustino (amoto iam pro suis nefandis nequitij de CHRISTI Ecclesia dolendo Apiario) secuti sumus quod eum (probitate ac moderatione sue sanctitatis salua) fraterna charitate ulterius in Aphrica minimè sustinere patiatur. Et alia manu: Domini nostri sanctitatem uelstram æuo longiore oratione pro nobis custodiat, Dominus frater.

Canon porr̄d Nicænus vi, quem sancta Carthaginensis synodus contra Papam in præcedenti epistola tantopere urget, sic in Chalcedonensi synodo ab ipsis Papæ Romani legatis proponitur: Te-

neat Ægyptus, ut episcopus Alexandriæ omnium habeat potestatem, quoniam & Romano episcopo hæc est consuetudo. Similiter autem & qui in Antiochia constitutus est episcopus, & in cæteris prouincijs, primatus habeant Ecclesiæ ciuitatum ampliorum.

Hic clarè uidemus, Nicenam synodū primum in hoc canone primitum in singulis prouincijs suo metropolitanō dare, omnesq; episcopos ac sacerdotes ei suæ prouinciæ subiçere. Deinde, omnes metropolitanos episcopos, Alexandrinum, Romanum, Antiochenum, & aliarum prouinciarū, inter se planè exequare, ita ut nullus alteri imperare in ulla planè re possit, aut debeat. Demum, ne ullius (ut ita dicam) subditi, ad alium metropolitanum appellare possint. Atq; hoc modo etiam sexta Carthaginensis synodus prædictum canonem in præcedenti epistola intelligit, citat, & urget.

Ceterū ex hisce, quæ præcesserunt, scriptis potissimum sumpta est historia certaminum Paparum, cum concilio Africano, de eorum primatu seu tyrannide. Primum, quām scelerissimis artibus illi sanctæ synodo assensum in suum imperium extorquere sint conati: deinde, quām constanter sint ab illa cum sua ethnica tyrannidis affectione repulsi. Quæ omnia non tantum uiuente, sed & præsente, inspectate & agente Augustino asta sunt. Iam autem sequuntur duo scripta, ex quibus intelliges, quomodo Romani Antichristi centum annis, post quam tam turpiter in prædicta synodo repulsi fuerant, tandem & tyrannidem iam olim affectatam, aliqua ex parte occupauerint, & prædictam sacrosanctam synodus impiedamnauerint.

EPISTOLA EVLALII CARTHAGINENSIS METROPOLITANI, quæ unā cum alijs quibusdam suis coepiscopis anathematizat sextam Carthaginensem synodum (licet eam clarè non nominet) quæ negauerat Papæ omnem iurisdictionem seu potestatem super Africanas & alias exteriores ecclesiæ: seq; ei solenniter subiicit.

**P**rima salus est, recte fidei regulam custodire, & à constitutis patrum nullatenus deviare: & quia nō potest Domini nostri IESU CHRISTI prætermitti sententia, dicentis, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede Apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio. De qua spe et fidei minime separari cupientes, & patrum sequentes constituta, anathematizamus omnes, qui contra sanctam Romanam & Apostolicam ecclesiam

ecclesiam superbiendo suas erigunt ceruices, sequentes in omnibus apostolicam sedem, & prædicantes eius omnia constituta. & per omnia spero, ut in una cōmunione uobiscum, quam sedes Apostolica prædicat, esse merear, in qua est integra & uera Christianæ religionis & perfecta soliditas: promittens sequestratos à communione ecclesiæ catholice, id est, non consentientes sedi Apostolice, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliqua professione mea deuiare tentauero, his quosdam nauicoplicem mea sententia me esse profiteor. Hanc autem professionem meam manu mea subscripti, & Bonifacio sancto & uenerabili Papæ urbis Romæ direxi, damnas & antecessores et successores meos, & omnes qui sanctæ Romanæ & Apostolice ecclesiæ priuilegia casare nituntur. Hinc enim supernæ misericordiæ documentum perdocetur, quando & mundani principes causas fidei cum reipublicæ ordinatione coniungunt: & ecclesiastum præsules, quod ad dispensationem suam pertinet, officij memores exequuntur. Talibus enim indigebat post discordiæ procellas religio Christiana rectoribus, qui compressis prouida dispensatione turbinibus, diu peregrinaram pacem depulsa tempestate reducerent, ut in futura post secula ad propositi sui exempla tendentes, sibi ascribendum indubitanter ostenderent, quicquid Domino placitum posteris pro sua imitatione fecissent. Benedicamus Dominum fratres charissimi, nostris hoc diebus fuisse concessum: & totis orationum & curarum uitibus admitemur, ut quæ Dei ope bene cœpta sunt, ipso adiuuante per omnia compleantur. Sperandum enim est, ut ad compaginem corporis sui reliqua, quæ adhuc diuisa sunt, membra festinent, & à potioribus minora non discrepent. Ad quod cum me dilectio tua Christianæ studio charitatis hortetur, debet, quod inuitat, sequi: & quod amandum suadet, amplecti. Similem enim iam fidei curam gerentes, per religiosam patientiam par etiam premium de boni operis speramus affectu. Neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim fatigatur asperis fides, nec ad celorum ardua per proclive tenditur, nec remunerationem citra laboris exercitium quis meretur. Vnde ne facientes bona deficiamus, specialiter admonemur, etiam testante Psalmista: Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iusticiam in omni tempore. Quia nō initium laboris remunerationem præmij consuevit inuenire, sed terminus. Ergo studium sollicitudinis assumētes, quibus est una in communiōne

nione societas & credulitas, quemadmodum de unitate sedis apostolicæ & Constantinopolitanæ ecclesiæ, pariter exultamus in Domino: ita de reliquorum quoque (sicut affectione admones) redintegratione lætemur, & curemus præmiū, ut fidem integratatemq; nostram immaculatā ab omni contagione seruemus. Nostri enim, frater charissime ac sanctissime, quia ecclesiastica seruant vincula concordiam, quæ nos ab hæreticorum tueatur insidijs, per quam etiam canonum custoditur integritas: his in robore suo omni circumspectione seruatis, remedia sperantibus conseruantur. Habet enim ecclesiasticarum ordo regularum, & ipsius forma iusticiæ, ut medicina rationabilis benignè & fideliter sperantibus non negetur: nec quisquam est ita ab humanitate discretus, quem non à rigore distinctionis inclinet cauta simplicitas. Sed ut cautè hoc, cæterasq; querelas aut errores alicuius æui ualeas expedire, dilectissime frater, personam meam te in hoc oportet induere, scientem in huiusmodi causis, sicut prædictum est, quid cauendum sit, & ita ante omnia præuidendum, ut à te non ambigas rationem dispensationis huius Deo esse reddendam. Ita tamen, ut eos qui uobis fuerint communione sociati, uel per uos sedi Apostolicæ, uestra nobis scripta declarent: quibus etiam & quam continentiam libellorum obtulerint, inseratur. Sic quoq; humilitatem debemus teneare in mente, ut inde ordinis nostri dignitatem seruememus in honore, quatenus in nobis nech humilitas timēda, nec ratio sit superba. Omnipotens Deus, charissime, sua te protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ multiplici animarum fructu perducat. Deus te incolumem custodiat, reuerendissime frater, Amen.

EPISTOLA BONIFACII II PAPÆ AD EULALIUM patriarcham Alexandrinum, qua sextam Carthaginensem synodum damnat  
ac detestatur, licet eam non nominet, et de subiectione Eulalij Carthaginensis metropolitani insolenter triumphat.

**B**onifacius episcopus Romanus, Eulalio coepiscopo salutē. Olim & ab initio tantam percepimus à beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus autoritatem uniuersali Ecclesiæ, auxiliante Domino, subuenire: & quicquid nocuum est, autoritate Apostolica corrigere & emendare. Adhoc enim diuinæ dispositionis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, ut dum reuerentiam minores potioribus exhiberent,

rent, & potiores minoribus dilectionem impenderet, una concordie fieret ex diuersitate contextio, & recte officiorum generaretur administratio singulorum. Neq; enim diuersitas alia poterit ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differenti<sup>e</sup> ordo seruaret. Quia uero quæq; creatura in una eademq; qualitate gubernari uel uiuere non potest, cœlestium militiarum exempla nos instruunt: quia dum sint angeli, sint archangeli, liquet, quia non æquales sunt, sed in potestate & ordine, sicut nostis, differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui sine peccatis sunt, cōstet, istam esse distinctionem: quis hominum abnuat, libeter se illorum dispositio ni submittere? Hinc enim pax & charitas mutua se uice complectuntur, & manet firma concordia, ac in alterna & Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodq; salubriter tunc compleatur officium, cum fuerit unus ad quem possit recurri præpositus, uota nostra charitatem tuam latere nolumus: ne qui particeps fuit solitudinis, gaudiorum fructus reddatur extorris. Et ideo Carthaginem ecclesiam ad communionem nostram rediisse, (Domino propitiâ) tradentibus significamus alloquijs: & mandatorum, quæ legatis nostris deditimus, seriem in omnibus fuisse completam. De qua parte, ut ad dilectionem tuam plenius perfec<sup>t</sup>e gaudium perueniret, libelli Eulalij fratris & consacerdotis nostri Carthaginensis episcopi, & Iustini, clementissimi principis Orientis, sacrarum literarum exemplaria pariter credidimus destinata: indicantes nihilominus, per Orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Supereft, ut à nobis competentibus precibus diuinatas exorata concedat, quatenus de aliarum quoq; ecclesiarum reintegratione gratulemuri. Ea uero quæ significare curauimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitat tuę uicini sunt, curabis perferre noticiam, ut & ipsi de esse eti tantæ rei gratias nobiscum cœlestis misericordie beneficijs referre non cesserent. Aurelius enim, p̄fatus Carthaginensis ecclesiæ olim episcopus, cum collegis suis, instigante diabolo, superbire temporibus prædecessorum nostrorum Bonifacij atq; Cœlestini cōtra Romanam ecclesiam cœpit. Sed uidens se modò peccatis Aurelij Eulalius à Romanæ ecclesiæ communione segregatum, humilians recognouit se, pacem & communionē Romanæ ecclesiæ petens, subscribendo unā cum collegis suis, damnauit Apostolica authoritate omnes scripturas, quæ aduentus Romanæ ecclesiæ privilegia factæ quo quo in genio fuerūt, &c.

G. Hæc

Hæc sunt Christiane Lector, præcipua scripta, unde præcedentem historiam desumpsisti. Nam omnia apponere, nimis molestum & mihi & tibi fuisset. Quæ si diligenter ac candidè perpendisti, ac cum historia cõtulisti, facile haud dubiè uidisti, me bona fide rem gestam narrasse: nisi quod illi sancti patres paulò mitiorib. uerbis omnia, quam ego, expresserunt. Ut, non dicunt illi quidem clare, admissum esse à Papis crimen falsi, ut ego: sed tamen dicunt, nulla planè exemplaria, nec authentica, nec quæ uulgò habeantur, sic, ut Papæ affirmant, habere: sed cōtrarium ostendere, eoq; se eorum flatteryi minimè assentiri uelle. Quod idem planè est, ac crimē fali exprobare.

In causa autem fuit, quod olim patres usi sunt lenioribus uerbis, quod semper meliora de Romanis episcopis sperarūt. Quod si sciuisserint eos in istam, quā nos nunc gementes cernimus, summā regiminis tyrannidem, doctrinę ac religionis impietatem, & uitæ plus quam Sodomiticam turpitudinem declinaturos, proculdubio & illi durius eos tractassent. Nuncautem piorum patientia toutes læsa, meritò in furorem uertitur. Omnino turpiter est ista Babylonie meretrix abusa piorum nimia modestia, ac sanè sempere a illis sedulò inculcauit, ut sint modesti, humiles, obedientes, similes, nō altum sapientes: quo scilicet ipsa tanto facilius, ac commodius crescere ac extollere, & Christianorum ceruices pedibus superbè conculcare, nemine repugnante, posset.

Cui, quæso, non est Papæ, eiusq; Curtisanorum cantilena nota, Christianos homines debere in simplicitate sua ambulare, & simpliciter credere, quicquid Romana sedes eis proponat: eam proculdubio ipsos non decepturam. Quod si deceperit, ipsos quidem excusatos esse, illam uero Deo suorum factorum rationē reddituram. Quæ omnia nimirū è spectarunt, ne quisquam pius unquam auderet caput nō nihil subleuare, ac depulsa illius inanis non minis sedis Apostolicæ nebula, aliquanto diligenter intueti, & ex sacris alijsq; scriptoribus cognoscere, an omnia ita fese haberent, sicut Romanistæ blaterant.

Hac igitur non tam agnina simplicitate, quam asinina quadam stoliditate, ac seruili humilitate Christianorum, ita abusi sunt Romanii pōtifices, ut non sint ueriti nobis (ut uulgò dicitur) quid pro quo obtrudere, commēticijq; & suppositicij scriptis turpissimè omnes deludere, manifestissimaq; mendacia nobis pro diuina ueritate

ritate colenda proponere. De hystoria Constantini donatione multi haec tenus scripserunt: qua tamen ista Babylonia meretrix planè regium, imò & plus quam regium splendorem ac potentiam sibi rapuit.

Sic & Clementis illa longa epistola ad Iacobum & alię ei adiuncta, ubi tota fermè Papistica abominatio, præcipue autem ius successionis, fundata est, egregiè Papæ ad stabiliendam suam tyranni dem & impietatem sunt abusi: quam tamen suppositiciā, adulteri namq; esse, ac longo postea tempore ab aliquo impuro Curtisano, & historiæ ueteris egregiè imperito (cautius enim alioqui profecto mentitus fuisset) consarcinatam, ex eo apparet, quod nec Hieronymus in uita Clementis eius mentionem facit: nec iij titus ad huc tunc in usu fuerunt, quorum ea mentionem facit: & denique quod Iacobus ille integris annis septem ante Petru, teste Iosepho, Hieronymo, Eusebio & alijs, mortuus est. Quomodo ergo potuit illi mortem & nouissima uerba, seu testamētum Petri perscribere? nisi fortè ei in purgatorium aut campos Elysios eam epistolam misit.

Quod si ea epistola sero aliquando tandem conficta est, igitur & alia plurimæ primorum Paparum epistolæ cōmenticiæ sunt, quæ illam subinde citant. Talia médacia, ac uel suppositicia uel falsata scripta, haud dubiè plurima sunt, si modò quis diligenter ueritatis uestigia perquireret. Ego sanè non dubito, etiam illos uerissimè disputare, qui negant Petrum Romæ omnino fuisse, aut certè tam diu (ut Papistæ mentiuntur) ibi in triplici corona præsedisse. Nam & Paulus, cum tam multas epistolas Romam, & Roma (eo tempore quo uulgares historiæ Petrum Romæ fuisse, ac tanquam episcopum supremum sedisse testantur) scripserit, tanquam multorum etiam uulgarium homuncionum mentionem fecerit, nunquam tam uel syllaba Petri, tanti uiri, meminat. Quis queso credat hoc accidere potuisse, si Petrus tunc Romæ fuisse?

Adhæc, ne ipsi quidem Papistæ quicquam certi de eo affirmare possunt. Aliunt enim eum Papam Romæ annis 25 fuisse: & tamen simul alios duos Papas eo uiuente fuisse, Linum & Cletum. Item alij affirmant, illos Petro successisse, & Clementem fuisse quartum à Petro. Alij, ut etiam illa suprà dicta Clementis epistola, dicunt, Clementem statim Petro mortuo factum Papam. Item alij dicunt, Petrum eodem loco cum Paulo, ac eodem genere supplicij affe-

Etum alij planè diuersa tradunt. Alij quoq; affirmat Petrum secundum Claudij anno Romam uenisse, alijs quarto : Damasus uero papa scribit, demum Nerone regnante. Nihil ergo certi quisquam nouit aut dicit.

Deniq; ego omnibus omnium mortalium historijs de Petro, illam ad Galatas secundo à Paulo scriptā, prefero. Ibi enim ille primū affirmat disertè, Petro esse concreditum apostolatum seu episcopatum inter Iudæos, sibi uero inter gentes, seu super gentiles. Deinde narrat, Petrum usq; ad concilium Hierosolymitanum (quod circa 18 annos post ascensionem CHRISTI, & septimo commentarij papatus Petri, celebratū est) potissimum Iudeis prædicasse, & de postero tempore sanctissimum datarum dexterarū fœdus secū iniisse: quod ipse quidem uelit prædicare Iudeis, Paulus uero beatō cōcionari gentibus. Vbi habes breuissimē & uerissimē cōprehensam historiam Petri, quae indicat, ei & à CHRISTO potissimum super & inter Iudæos apostolatum, episcopatum, seu papatum, concreditum mandatumq; esse: & eum tum ante Hierosolymitanam synodus, tum postea potissimum Iudæos docuisse: eoq; potissimum ibi sedisse aut stetisse, ubi plurimi Iudei fuerunt: id est, in Syria, & alijs orientalibus partibus. Nam Romæ nō ita multi fuerūt: quandoquidem & nondum fuerant sic dissipati, sicut postea in euersione Hierosolymæ: & Claudius eos Roma penitus expulerat.

Quod autem quidam historici affirmant, Petrum Romæ tam diu sedisse: mihi maximè uerisimile est, Paparum fraude eorum scripta falsata esse, qui inde fermè ab initio tyrannidem in domo Domini sedulè affectarunt, & omnibus malis artibus ardentiter quæsierunt. Adhuc etiam usitatum est in historijs, ut, cum unus aliquis initio à uero aberrauit, tunc & omnes sequentes cæcum dum, cæci & ipsi, id est, negligentes ueritatis inquisidores, eum temere sequantur. Planè enim ueluti grues, se mutuò historici ducent & sequuntur.

Et quoniam in disputatione de sede ac papatu Petri incidimus, cur non considerant stulti ac impij pseudoprophetæ Antichristi, apostolos nullam certam ac fixā sedem habuisse, ut postea et nunc episcopi ac pastores: sed quām latissimē per mundū uagatos, id tantū agentes, ut in singulis locis primū, utcunq; fundamentū Christianæ religionis iacentent, & mediocriter ecclesiam cōstituerent:

rent: postea mox, creatis per suffragia presbyteris, eis illam commendarēt, & aliò properarent? Quod & ex historiā Actorum apostolicorum clarissimè patet, & ex mandato ipsis à Christo dato. Dixit enim eis Dominus: Ite per uniuersum orbem, non dixit, Considete singuli in singulis urbibus. Item, Vos mihi testimoniu perhibebitis per uniuersum orbem. Idem etiam ipsum nomen Apostolus, alegatus, seu nuncius, affirmat: quod scilicet non fuerint singularum ciuitatum præfetti, sed nuncij, vagantes ac discurrentes per totum mundum, & bonum nunciū de reconciliato per C H R I S T I meritum Deo, omnibus hominibus indicantes. Quare & Spiritus sanctus per prophetam dicit: Ecce quām pulchri pedes annū ciantium pacem, non dicit, Ecce quām pulchræ sedes, seu tribunalia. Ideo & Psalmus prædicit, exiturum sonum eorum in omnem terram, & in fines orbis terrarum peruenturum. Considerunt quidem aliquandiu alicubi, ut Paulus Antiochiæ circiter quadrennium, Ephesi triennio, & Corinthi biennium, & sæpe etiam post abitum eodem recurrit, eo quod ibi magnam messem habuit: non tamen propterea Ephesus, aut Corinthus, Pauli sedes fuit, aut aliquæ ciuitates aliorum.

Hanc igitur proprietatem Apostolorum (quā etiam præter alias à securis pastoribus & doctoribus distinguuntur) si perpende rent indoctissimi & scelestissimi Romanistæ: mox uideret, quo iure de sua cariosa aut famosa Apostolorum sede glorientur.

Nam etiam si maximè Petrus Romam uenisset, tamen non uenit eò, ut ibi sedem aut solium suæ maiestatis poneret: sed tantum ut eam ecclesiam inuiseret, & corrigeret, si quid correctionis forte indigeret: & mox eo perfecto, aliò docendi causa commigraret: sicut & Nicephorus præter alios de eo scribit. Sed de hac re alibi prolixius.

Hinc igitur potes, Christiane frater, animaduertere, quām præclaris mendaciorum fundamentis tota ista superba moles tyrannidis & impietatis Antichristi Romani subnixa firmataq; sit.

Quare tuū est, iam deliberare, an potius per mendacia ac imposturas non tam hominum quām ipsius diaboli, & eius Antichristi Romani, ad æternum exitium: quām per simplicem C H R I S T I ueritatem, ad æternam salutem, properare ac peruenire exoptes.

Dominus I E S U liberet omnes suos à mendacijs & homicidijs diaboli, & eius Antichristi, Amen.

DICTA QVAEDAM DIVI HIERONYMI ET  
Gregorij Magni, contra primatum Papæ.

Ex epistola Hieronymi ad Euagrium.

**N**on altera Romanæ urbis ecclesia, altera totius orbis existimanda est. & Galliæ, & Britaniæ, & Aphrica, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes unum Christus TVM adorant, unam obseruant regulam ueritatis. Si authoritas quæritur, orbis maior est urbe. Vbicunq; fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rheygi, siue Alexadriæ, siue Thanis, eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, uel sublimiorem uel inferiorē episcopum facit. Caeterū omnes Apostolorum successores sunt. Sd dicis, quomodo Romæ ad testimonium diaconi presbyter ordinatur? Quid mihi profers unius urbis cōsuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges ecclesiæ uendicas?

Hieron. dist. 40.

Non est facile, in loco Petri & Pauli stare, & tenere cathedrā regnantium cum CHRISTO. Quia hinc dicitur: Non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum: sed qui exercent opera eorum.

EX REGESTO DIVI GREGORII, LIB. IIII.

Epist. 31. ad Mauricium Augustum, de Ioanne Constantinopolitano episcopo, qui supremus esse, & uniuersalis episcopus dici uolebat.

Nunquid ego hac in re, p̄iissime Domine, propriam causam defendō? nunquid specialem iniuriam vindico? Causam omnipotētis Dei, causam uniuersalis ecclesiæ ago. Quis est iste, qui cōtra statuta Euangelica, contra canonum decreta, nouum sibi nomen usurpare præsumit, &c.

Et paulo pōst: Certè pro beati Petri apostolorum principis honore, per uenerandam Chalcedonensem synodum Romano pontifici nomē uniuersalis episcopi oblatum est: sed nullus eorum unquam hoc singularitatis nomē assump̄it, nec uti cōsensit: ne dum priuatum aliquod daretur uni, honore debito sacerdotes priuarentur uniuersi, &c.

Ex epistola eiusdem libri 34.

Triste mihi aliquid serenissimus Dominus innuit, quòd non eum corripuit, qui superbit: sed me magis ab intētione mea declinare

nare studuit, qui in hac causa, Euangeliorum & canonum humili-tatis atq; restitudinis ueritatem defendo. Quia in re à prædicto fra-tre & consacerdote meo contra Euangelicam sententiam, contra beatum quoq; Petrum apostolum, & contra omnes ecclesias, con-traq; canonum instituta agitur, &c.

*Et paulo pòst.*

Sed in hac eius superbia, quid aliud, nisi propinqua iam esse An-tichristi tempora designantur? Qui illum uidelicet imitatur, qui spretis in sociali gaudio angelorum legionibus, ad culmen con-tus est singularitatis erumpere, dicés: *Supra astra cœli exaltabo so-lium meum, &c.*

*Ex epistola 36 eiusdem libri, ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum, episcopos.*

Qui si nequaquà à suæ elationis rigore uoluerit inclinari, tunc quid fieri debeat, cum omnipotentis Dei solatio subtilius pertra-ctetur. Sicut enim ueneranda mihi uesta sanctitas nouit, per san-ctam Chalcedonensem synodum Pontificis sedis Apostolicæ, cui Deo disponente deseruio, hoc uniuersitatis nomen oblatum est. Sed nullus unquam præcessorum meorum hoc tam prophano uocabulo uti consenfit. Quia uidelicet si unus patriarcha uniuersalis dicitur, patriarchū nomen cæteris derogatur, sed absit hoc, ab-sit à Christiani mente, id sibi uelle quempiam arripere, unde fratrū suorum honoré imminuere ex quantulacunq; parte uideatur, &c.

*Et aliquanto pòst:* Perpendis, frater charissime, quis è uicino sub-sequitur, cuius & in sacerdotib. erumput tam peruersa primordia. Quia enim iuxta est ille, de quo scriptum est, Ipse est rex super uni-versos filios superbiæ (quod non sine graui dolore dicere compel-lor) frater & coepiscopus noster Iohannes mandata Domini, Apo-stolica præcepta & regulas patrum despiciens, eum per elationem præcurrere conatur in nomine, &c.

*Ex epist. 38. eiusdem libri, ad Iоannem Constantinopolitanum episcopum.*

Rogo, deprecor, & quanta possum dulcedine exposco, ut frater nitas uesta cunctis sibi adulantibus, atq; erroris nomen deferenti bus, contradicat, nec stulto ac superbo uocabulo appellari con-siat, &c.

*Et paulo pòst:* Quis rogo in hoc tam peruerso uocabulo, nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis angelorum legionibus, secum

secum socialiter constitutis, ad culmen conatus est singularitatis erumpere, ut & nulli subesse, & solus omnibus præesse uideretur? Qui etiam dixit: In cœlum consendam, super astra cœli exaltabo solium meum: sedebo in monte testameti, in lateribus Aquilonis: Ascendam super altitudines nubium, similis ero Altissimo, &c.

Vestra autem sanctitas agnoscatur, quantum apud se rumeat, quæ illo nomine uocari appetit, quo uocari nullus præsumpsit, qui ueraciter sanctus fuit. Num quid nam non, sicut vestra sanctitas nouit, per uenerandum Chalcedonense concilium huius Apostolicæ sedis antistites, cui Deo disponente deseruio, uniuersales oblato honore uocati sunt? Sed tamen nullus unquam tali uocabulo appellari uoluit. Nullus hoc sibi temerarium nomen arripuit: ne si sibi in pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse uideretur.

Et aliquanto post: Omnia que prædicta sunt, fiunt. Rex superbie propè est, & (quod dici nefas est) sacerdotum ei præparatur exercitus: qui, ceruici militant elationis, qui positi fuerat ut ducatum preberent humilitatis. Sed hac in re, etiam si nostra lingua minimè contradicat, illius uirtus contra elationem in ultionem erigitur, qui superbiæ uitio per semet ipsum specialiter aduersatur, &c.

Paulo post: Pensemus, quid nos præcepta admoneant Redemptoris nostri, dicentes: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Hinc etiam per Prophetam dicit: Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremendum sermones meos? Certè cum Dominus ad humilitatis uia adhuc infirmantia discipulorum corda reduceret, dixit: Si quis uult inter uos primus esse, sit omniū minimus. Quia in re aperte cognoscitur, quoniam ille ueraciter sublimis est, qui in suis cogitationibus humiliatur. Formidemus ergo in illo numero ascribi, qui primas in synagoga cathedras querunt, & salutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabi, quos contra discipulis Dominus dicit: Vos autem nolite uocari rabbi: unus enim magister uester est, uos autem fratres estis. & patrem nolite uocare uobis super terram: unus est enim pater uester.

Quid ergo frater charissime, in illo terribili examine uenientis iudicij es dicturus? Quoniam non solam pater, sed etiam generalis pater in mundo uocari appetis? Caveatur ergo, & fungiatur, omnia instigatio diaboli, &c..

*Ex epistola sequenti.*

In quibus se penè per singulos uersus oecumenicum patriarchā nominat. Et paulo post: In isto enim scelesto uocabulo consentire, nihil est aliud, quam fidem perdere, &c.

*Ex epistola 30 sexti libri ad Mauricium imperatorem.*

Eundem uero fratrem & consacerdotem meum studiose admonere curauit, ut si pacem habere omnium, concordiamq; desiderat, à stulti uocabuli appellatione se compescat. De qua re mihi in suis iussionibus Dominorum pietas præcepit, dicens, ut pro appellatione friuoli nominis inter nos scandalum generari non debeat. Sed rogo, ut imperialis pietas penset. Quia alia sunt friuola, ualde innoxia, atq; alia uehementer nocua. Num quid non, cum se Anti christus ueniens, Deum dixerit, friuolum ualde erit, sed tamen nimis perniciosum? Si quantitatem uocis attendimus, duę sunt syllabę: si uero pōdus iniquitatis, uniuersa pernicies. Ego autem fidenter dico, Quod quisquis se uniuersalem sacerdotem uocat, uel uocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit: quia superbiendo se cæteris præponit. Nec dispari superbia ad errorem ducitur. Quia sicut peruersus ille, deus uideri uult super omnes homines: ita quisquis iste est, qui solus sacerdos appellari appetit, super cæteros sacerdotes, &c.

Ex hisce diui Gregorij epistolis apparent, quanto ille zelo, quantoq; uehementia damnauerit istam ambitionem Papę tyrannidem quod is supremus seu uniuersalis episcopus, seu Episcopus episcoporum esse uult. Non enim de solo nomine, sed de maxima re fuit tanta cōtentio. Planè enim perinde Constantinopolitanus, uel uniuersalis seu oecumenicus episcopus, uel episcopus episcoporum uel episcoporum dominus esse uoluit, sic ut se nunc Papa esse uult ac iactat. Quare qui cupit scire quid de tali imperio sentiendum sit, hinc id cognoscere potest.

*Ex epistola 301 papae Pij secundi.*

Cum ad unitatem Ecclesiæ conseruandam illud potissimum requiratur, ut una sit omnium fides: circa ea uero quę fidei sunt, quę stiones uariae subiori contingent: unum esse principem, unumq; caput oportet, & supremum iudicem, qui quæstiones ipsas dissolut. alioquin fententiarum diuersitas Ecclesiam ipsam diuideret, atq; so lueret unitatem. Quemadmodū factum esse uidemus: an-

te concilium Nicænum, dum sibi quisq; uiuebat, & ad Romanam ecclesiam paruus habebatur respectus.

## SEXTAE VNIVERSALIS SYNODI ANATHEMA-

tizatio Romani cœlibatus, Dist. 31.

Quoniam in Romani ordine canonis esse cognouimus traditū, eos qui ordinati sunt diaconi uel presbyteri confiteri, quod non suis iam copulētur uxoribus: antiquum sequentes canonem Apostolicā diligentie, & constitutiones sacrorum virorum, legales nuptias amodo ualere uolumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum connubia dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate ad inuicem in tempore opportuno. Quicunque ergo diligens inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali aut sacerdotali, hi nullo modo prohibentur ad tales ascendere gradum, pro uxoris suæ cohabitatione: nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogantur, quod abstinere debeant à legalis uxoris familiaritate. Item oportet omnes qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum continent esse in omnibus, ut à Deo possint consequi, quæ suppliciter postulant. Si quis igitur præsumperit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorum & diaconorum priuare à cōtactu & à communione legalis uxoris suæ, deponatur. Similiter & presbyter aut diaconus, qui religione causa uxorem suam expellit, excommunicetur: si uero in hoc permansevit, deponatur.

Hic clarè audis, Christiane frater, sacro sanctam uniuersalem synodum affirmare, cœlibatum Papæ, qui prohibet sacerdotibus usum coniugij, pugnare cum Apostolorum & aliorum sanctorum patrum canonibus seu decretis: eoque talem Papæ legem, omnesq; eam sequentes, damnare & anathematizare. Sed hunc ipsum canonem quedam nouæ impressiones (ut Papistis mos est) non leui ter mutilarunt, idq; studiose, ut facile animaduertere licet, exclusis quibusdam præcipui momenti uocibus. Utinam uero & alij canones huius synodi extarent, nam cum ducentos uiginti condidit, uix decem inueniuntur. Sed forte non fuerunt Romanæ curiae utiles, eoq; suppressi sunt. Certè quantum ex hoc uno coniugere licet, liberè ibi Papæ exores taxati sunt.

CONTRA

CONTRA COMMEN-  
TICIVM PRIMATVM PAPAE; AV-  
thore Matthia Flacio Illy-  
rico.

## I. IOANNIS II.

**A**ntichristus est is, qui negat IESVM esse Christum. id Papa facit, nam adimit Domino IESV regnum & sacerdotium, quæ Mesciae officia sunt. Sacerdotiū ei adimit, dum alios Doctores uult audiri, alios pro eo in terra substituit sacrificulos, & in cœlo mediatores. Regnum ei abrogat, dum hic in terris ipse uult esse caput Ecclesie: in cœlo uero alios pro eo opitulatores, nempe Petrum, Mariam, Franciscum, &c. comminiscitur.

**A**nte annos mille centum & triginta celebratū est concilium Carthaginense v i. cui ducenti & decem & septem episcopi, ac inter alios Augustinus quoq; interfuerūt. Ab ea synodo petijt Papa per legatos & literas, ut liceret iacerdotib. illinc ad se appellare. Item, ut ipse possit presbyterum à latere eō mittere, qui de controversijs cognoscat, sibi q; referat. Ac omnino iurisdictionem supra Aphricanas ecclesiās sibi concedi uoluit. Id ut sibi deberi probaret, affirmauit à Nicæna synodo sic decretum esse. Atq; ita crimen falsi patrauit.

Ad eam petitionē primū respondit synodus Aphricana, cūm alia quædam, tum etiam, quod nihil tale in usitatis decretorū Nicænae synodi exemplaribus legatur. Quare petierunt rem differri, quoad authentica exemplaria Constantinopoli, Antiochia, & Alexandria peterentur. Allatis inde exemplaribus, uanitas Papæ manifestè deprehensa & refutata est. Quare in posteriori responso pia ac graui epistola penitus Papę petitionē negarūt: affirmauerunt q;, nihil tale in authenticis exemplaribus, quale ipse citat, inueni: nec iustū esse alias ecclesiās Papæ subiici, cum & illis Christus suo spiritu adsit. Sed adscribam locum ex epistola synodi,

Decreta Nicæna inferioris gradus clericos, siue ipsos episcopos suis Metropolitanis apertissimè commiserūt. Prudentissimè enim, iustissimeq; uiderūt, quæcunq; negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda. Nec unicuique prouinciae gratiam Spiritus sancti defuturam, qua & quitas à CHRISTI sacerdotibus & prudenter uideatur, & constantissimè teneatur. Maximè, quia unicuiq; conceps.

sum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suæ provinciæ, uel etiam uniuersales prouocare. Nisi forte quisquam est, qui credat, uni alicui (scilicet Papæ) posse Deum nostrum examini inspirare iusticiam, & innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotib. denegare. Aut quomodo transmarinū iudiciū ratum erit, ad quod testiū necessariæ personæ uel propter sexū, uel propter senectutis infirmitatē, uel etiā multis alijs incurritib. impedimentis, adduci nō potuerunt? Nam ut aliqui tanquam à tuæ sanctitatis latere mittantur, nulla inuenimus Patrum synodo constitutum. Quia illud, quod pridem per eundem episcopum nostrū Faustum, tanquam ex parte Nicæni concilij exinde transmisstis, in concilijs uerioribus, quæ accipiuntur à sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ, & à uenerabili Attico Constantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum, & Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, uenerabilis memorie Bonifacio præcessori uestro, à nobis transmissa sunt, in quib. tale aliquid non potuimus reperire. Exequutores etiam uestros quibusque pertentibus nolite mittere.

Nolite concedere, ut fumosum typum seculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis, & humilitatis diem, Deum uidere cupientibus præfert, uideamur inducere. Hactenus Synodus.

Magnum scelus, idq; non immerit, existimatur esse crimen falsi, etiam cum à quois tantum in profanis causis coram uno iudice admittitur. Cogita igitur pie Lector, quām præclarum facinus fuerit, cum id Papa, scilicet (si dijs placet) per totum orbem terrarum, Vicarius Christi triumphantis, in rebus ecclesiasticis, idq; coram tanta synodo, patrauerit. Atque ita unica suæ fraudis sagena tam multos sacerdotes, episcopos, totasq; CHRISTI ecclesiias suæ tyrannidi subiçere uoluerit.

Cogita etiam, si iam ante mille centum & triginta annos tales ambitionis, iniusti, falsatores librorum & synodorum Papæ fuerint, quantum nobis hactenus, crescente subinde eorum multiplici malitia & astutia, aliorumq; Christianorum tum inscitia, tum & religionis negligentia, impietatis & iniusticie per sua decreta, & decretales, & extra iusticiam uagates, nugas, agendas, lugendas, tam uarias sanctiones & bullas, & mille occultas practicas in ecclesiâ inuehere potuerint. Vradmodū parue autoritatis esse pijs debeant

com-

commenticia donatio Constantini, & similia multa: quorum plæraq; (haud dubiè adulterina) etiam ex non malis authoribus, uel pro tyrannide, uel pro impietate pôtifica stabilienda nunc citatur.

Talis est etiam illa prolixa epistola Clementis ad Iacobum Iustum, fratrem Domini Hierosolymorum episcopum, de morte Petri, deq; sui substitutione, multisque alijs parum sanis, & quedam aliæ. Constat enim ex Iosepho, Hieronymo, Ecclesiastica historia, Platina, & alijs historicis, Iacobum fratrem Domini, cognomento Iustum, anno septimo Neronis interfectum: septem scilicet aut amplius annis ante mortem Petri, qui decimoquarto Neronis occisus est. O' Papistas mendaces, parum memores, Eiusdem farinæ sunt & Apostolorū canones, Dionysij scripta, quatenus illi primò tribuuntur, aliaq; plurima religionis Antichristi columna.

Atq; omnium istorum, ut ea prædictum concilium appellat, fumorum, quos impia Papæ fraus & uiolentia in ecclesiam inuexit, Spiritus sanctus & ecclesia, secundum impudentem uanitatē pseu doprophetarum Antichristi, autor & inuentrix esse cogitur.

Talibus igitur artibus cum tam longo tempore Romanus Antichristus instructus fuerit, ac simplicitatē Ecclesiae oppugnauerit, non est mirum (præsertim conniuente Deo ob nostra peccata, ut à Daniele iam olim prædictum fuit) eum adeò in Ecclesia c h r i s t i creuisse, & omnium etiam ipsa corda sibi subiecisse, ut iam ab ipso Deo, ueluti propria manu in eam sedem collocatus esse uidetur.

Hunc Antichristum Dominus i e s u s in templo Dei sedentem, ac ibi omnia sacra uendentē, & profanantem, ex temploq; Dei rem latronum speluncam facientem, flagello uerbi sui nunc eiecit. Quem quoniam multi restitutum cupiunt, eiq; non pauci ianuas & fenestras patefaciūt, asperaq; uiarum complanāt, oportet nos, quantumuis pusillos, infantes & lastentes, excipiendo regem nostrum, Dominū i e s u m filium Dauid, eiusq; regnum letis acclimationibus celebrādo, infernalem istum lupum à grege Domini absterrere & fugare. Dominus i e s u s nouit per balbutiē infantū & lastentium suam potentiam augere & stabilire. Per talem imbecilitatem uirtus eius potissimum crescere augeriq; solet.

Hanc igitur ob causam scriptum hoc edere uolui, quod in tria capita diuidetur. In primo, c h r i s t o iuuante probabo, Petru non habuisse primatū in ecclesia c h r i s t i, autius aliquod supra alios

Apostolos: multo minus utrumq; gladium super orbem terrarum.  
In secundo probabo, quod etiam si maximè habuisset primatum  
Petrus, tamen Papa propterea non haberet. In postremo probabo,  
nec possibile esse, nec etiam utile Ecclesiæ, ut sit unus aliquis uni-  
uersalis episcopus.

Quod igitur Petrus non habuerit primatum in Ecclesia, nec fue-  
rit uniuersalis Ecclesiæ episcopus, his sequentibus rationibus pro-  
bo.

Prima. Quia Paulus aliquoties in epistola ad Galatas clare testa-  
tur, se quidem esse Apostolum gentium, Petrum uero Iudeorum:  
eiusq; apostolatum inter Iudeos, suum inter in circumcisos esse.  
Verba eius cap. 2. hæc sunt: Cognoscentes, quod mihi sit concredi-  
tum Euangelium præputij, sicut Petro circumcisionis. Nam qui in  
Petro efficax fuit ad apostolatum circumcisionis, efficax fuit in me  
erga gentes. Ibidem paulo post: Iacobus, Cephas & Iohannes, qui  
uidebantur esse columnæ, dexteræ dederunt mihi ac Barnabæ so-  
cietatis, ut nos in gentes, ipsi uero in circumcisionem apostolatu  
fungerentur.

Primum diuinam ordinationem, deinde sanctissimam dextra-  
rum pactionem statuisse ait, ut alter sit Iudeorum, alter Gentilium:  
Apostolus. Hęc profectò clatissimè, ac sine omni ambiguitate ostē-  
dunt, Petrum non esse summum episcopum in tota ecclesia. Nam si  
Christus cum uniuersalem Apostolum supra omnes g̃tes consti-  
tuisset, obsecro quomodo uel ipsemet, uel Paulus, ausus fuisset ei-  
ius functionē decimo octauo demū post passionē CHRISTI anno,  
tantopere ad solos Iudeos coarctare: idq; tam sancto pacto? Sed su-  
perius clarè testatus est Paulus, Petro diuinitus eas metas circum-  
scriptas, ut sit circumcisorum Apostolus.

Ita ex his locis Pauli animaduertimus, Petrum diuino & huma-  
no iure particularem, & non uniuersalem episcopum constitutum.  
Item quam latè se extédat illud Ioan. 21. Pasce oves meas. Nec hoc  
ius, hancq; functionum distinctionem irritam facit, quod aliquan-  
do per occasionem & Paulus Iudeis, & Petrus g̃telibus est cōcio-  
natus. De iure enim hic, non de facto disputamus.

Iam, si Petrus est Iudeorum apostolus, non gentilium, quid ad  
nos eius apostolatus, qui ex ethnicis conuersi sumus? Multo uero  
minus Papa, etiam si esse successor eius, haberet ius super ecclesiās  
ex ethnicis conuersis. His addē, quod & in ecclesiasticis cantilenis  
Paulus

**P**aulus, non Petrus, Apostolus gentium canitur. Non habuit igitur Petrus primatum super omnes ecclesias, nec utrumque gladium: multo minus Papa habet, qui se eius successorem mentitur.

**S**ecunda. Quia Christus aliquoties contendentibus apostolis de primatu, negavit eos debere imperare & regnare. Inquit enim: Reges gentium dominantur eis, uos autem non sic. Nec tantum eos non uult dominari, sed etiam uult eos seruire & subiectos esse, cum inquit: Qui uult esse maximus, sit minimus, Et quidem proponit se eis pro exemplo, qui uenerit in terram, non ut alijs ei seruant, sed ut ipse alijs ministret, idque summa & durissima seruitur: ac negat planè se esse cōstitutum iudicem: prohibetq; se ueriter, prēter se quenquā magistrū, patrem aut dominū appellari.

Consonat huic sententiæ & Pauli doctrina i. Cor. 3 & 4. qui dicit, Petrum & Paulum & omnes apostolos, esse Ecclesiæ, & non esse ecclesiam ipsorum: eos esse tantum ministros quosdam Euangelij Christi, per quorum prædicationem homines ad Christum conuertuntur. Sic & Petrus docet in primæ cap. 5. Nō dominates, sed forma facti gregis. Non cōstituit igitur Christus Petru dominū super ecclesiam & omnes Christianos: multo minus Antichristū Romanum, cui omnes Christiani sub pœna æterni exitij obedire cogātur.

**T**ertia. Quia Petrus haud dubiè functione sibi à Christo mādata uerè & integrè functus est. Fuit enim fidelis ac bonus Christi minister, ac sincerè oves Christi pauit. Iam cōstat eum neq; uoluisse dominari apostolis & clero, sed se ceteris presbyteris exequasse. Multo minus gladiū & politicā functionē sibi ulurpasce, ac reges & cœsares sibi subiectos (ut Papa facit) cōtendisse: quin potius mandasse Christianis omnibus, ut sint suis magistratibus subiecti. i. Pet. 2.

Si igitur Petrus integrè sua functione functus est, neque tamen uel superioritatem super apostolos usurpauit, imò etiam patienter Pauli obiurgationem, tanquam inferior, tulit: uel politicam gubernationem sibi rapuit: sequitur necessariò, quod illa nō pertinuerint ad Petri officium. Multo ergo minus iste personatus Petri successor tantam potestatem sibi arrogare debet, & utrumque gladium, tanquam tyrannus, rapere.

**Q**uarta. In Euāgelistis clarè testatur Christus, se esse spōsum, apostolos uerò esse sponsi ministros. At ius spirituale dicit, Petru fuisse & iam Papam esse sponsum ecclesiæ. Quām casta igitur sit ista Papa spōsa, quę duos spōsos habet, nō difficile est diuinare. Res pse  
ctō

Et ipsa indicat, eam reuera sponsi Christi oblitam: post Antichristum, ut Scriptura loquitur, scortata esse. Perpende superstitiones, abusus & idololatrias Papae, quibus multipliciter homines à merito Christi ad hominum merita & nugas abducuntur: & id uerum esse deprehendes.

Quinta. Papa cōtendit, de necessitate salutis esse, credere, quod ipse habeat supremā dignitatem super omnes ecclesiasticos & politicos magistratus. Iam nō est dubium, quin, cum apostolus Paulus tam multa etiam de infimis uirtutibus ac personis in Ecclesia doceat, haud dubiē & de Papatu aliquid docuisse, si esset tam necessaria res ad salutē, quam eam Antichristus esse contendit. Certè cum toties de sua, Petri, aliorumq; apostolorum uocatione differat, necessario aliquando & de Petri primatu aliquid dixisset, si tunc Petri primatus in rerum natura fuisset.

Sexta. Actor. 8. scriptum est, quod apostoli miserint Ioannem et Petrum in Samariam. Non mittit inferior superiorē, sed contrā. Quare sequitur, Petrum non fuisse super omnes apostolos dominum, sed singulis apostolis æqualem, toto autem concilio inferiore. Nec ualeat sophisma Ekij, Senatus solet mittere præcipuos ex suo ordine. Nam certè nullus senatus mittit suum principē, regem aut Cæarem.

Septima. Illud uero in primis obseruādum est, quod, postquam Christus dixerat ad Petrum, Tu es Petrus, &c. (ubi Papistæ Petro primatum datum contendunt) sæpius orta est inter Apostolos dubitatio & contentio de primatu, quis nam primus inter eos esse in posterum debeat, ut semel Luc. 22. iam in ultima cœna. Quæ profecto dubitatio & cōtentio orta non fuisset, si Christus semel unum reliquis omnibus præfecisset. Adhæc & CHRIS TVS eis respondisset, se iam unum Petrum semel cæteris præposituisse, ei reliquos omnes obtemperare debere, nec de re à se penitus conclusa adhuc litigare.

Verum ille ibidem, Luc 22 contrarium responderet, neminem illorum debere alteri præferriri: uerū omnes sibi mutuò, ac omnibus alijs Christianis, promptè inseruire. Sed adscribam & uerba Evangelistæ: Orta est autem & contentio inter eos, quis eorum uidetur esse maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eis, & qui potestatē habent in eas, benefici nocantur. Vos aut nō sic. Sed qui maior est inter uos, fiat æqualis iuniori: & qui princeps est, æqualis

equalis ministrati. Nam uter maiore est, qui accumbit, an qui ministret? Non ne qui accumbit? At ego in medio uestium sum, ut qui ministrat.

Hinc igitur manifeste apparet, tum Petro ante passionem non fuisse datum primatum: tum etiam CHRISTVM planè noluisse constitui superioritatem inter apostolos, & penitus istam Antichristi ambitionem damnasse.

Ostana. CHRISTVS dicit ad discipulos, Iohannis 20. Sicut me misit uiuens pater, ita & ego mitto uos. Certo certius est, CHRISTVM non missum à patre, ut constituat regna ac politias, nec habuisse gladium politicum. Negat enim, suum regnum esse de hoc mundo, aut se hic constitutum iudicem. Igitur nec ullus apostolorum auctor CHRISTI uicarius, debet sibi quequam tale usurpare, quod ipsi CHRISTO à patre demandatum non fuit. Ad hæc, eodem iure dicit se singulos mittere: nulli igitur dat aliquam prærogatiuam.

Nona. Quod attinet ad locum Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Haud dubie uerissima est interpretatio Pauli, Augustini in multis locis, Hieronymi, Lyrani super hunc locum, & Esaiae, ac ipsius Petri, qui dicit, Petra erat Christus. Supra Christum enim, qui est firma petra, non supra Petrum, ædificata est Ecclesia: qui etiam post ascensionem Christi perniciose nutauit: & eodem 16. Matth. paulo post, satanas appellatus sit. Non potest aliud fundatum ædificij Ecclesiæ ponи, teste Spiritu sancto, præter Christum. Quid igitur nobis seductores isti suos Antichristos substituerunt pro fundamento Ecclesiæ, in locum Christi illi ne se quidem, suamq; domum piè regunt, quomodo igitur Ecclesiam Dei piè administrabunt? Locum Lyræ adscribam: Et super hanc Petram, id est, Christum. & paulo post: Ex quo patet, quod Ecclesia non consistit in hominibus, ratione potestatis, uel dignitatis ecclesiasticæ, uel secularis. Quia multi principes, & summi pontifices, & alii inferiores inuenti sunt apostatae à side: propter quod Ecclesia consistit in illis personis, in quibus est noticia uera, & confessio fidei & ueritatis. Haec tenus Lyra. Quod porrò sequitur eodem loco, Tibi dabo claves: recte patres explicant, quod ad Petrum sermo dirigatur; tanquam omnium apostolorum personam gerentem: quod etiam ex eo apparet, quod ins clavium hic promissum, Iohannis 20. omnibus Apostolis ex æquo datur.

Vtima. Ista quæstio dudum à Paulo definita est. Nam pseudapo-

foli quidā, iniūcīq; gratuitē iusticiē Christi, tempore apostolorū omnes ecclesias piè à Paulo institutas, hoc potissimum telo instruēti perturbabant: Petrus & Iacobus sunt supremi apostoli: illi cum Domino I E S V multum uersati, & ab eo tanquā prīncipes apostolorum plurimi facti sunt. Illis potius credendum est, quam Paulo, qui eis nullo modo par est. Nos porrò sumus illorū discipuli, iam rectā ab eis uenimus: sic illi seruant & docent, credite nobis, &c.

Contra hos seductores, iusticiaeq; Christi subuersores, acerrimē pugnat Paulus in Galat. & Corinth. cōtendens, se nullam proorsus superioritatē uel Petri uel aliorum agnoscere, se docere sine Petri ordinatione aut permissione, se nihil ab eo didicisse aut accepisse: se adeo non agnoscere eum superiorem, ut etiam in faciem coram plurimis ausus sit eum obiurgare: neq; se neq; Petru esse dominū Ecclesiæ, nec pro ea crucifixum, nec illam esse in nomine Petri aut Pauli baptizatā, sed omnes apostolos ex æ quo esse Ecclesiæ ministros: Ecclesiā uero esse Christi, Christum autem Dei. Vide duo prima capita ad Galatas, & tria prima prioris ad Corinthios.

Cum ergo quēstio ista de primatu & superioritate Petri iam dum à Spiritu sancto perelectum Christum organum Paulum sit definita, quid necesse est nos adhuc de ea dubitare?

Hastenus de prima propositione, quod scilicet Petrus non habuerit super alios apostolos, & super omnes ecclesias primatum. Iam Deo uolente, aliquot rationibus ostendam, quod ut maximē Petrus habuissest primatum, tamen non propterea Papa haberet.

I. Nam si maximē laus aliqua & quasi prærogatiua Petro Matthæi: 6. data fuisset, contigisset ei id ob illam eximiam fidem et confessionem, quam ibi Petrus fecit. Quid autem hoc ad impiū & impurum Papam? Ego sanè non video, quæ nam ratio consequentia fit, fortassis Petrus Romæ necatus est. Igitur sceleratus quispiam nebulo ibidem suam tyrannidē & turpisimas libidines exercēs, est idem quod Petrus? Vbi obsecro habent Papistæ testimoniū uerbi divini, quod pontifices erunt idem quod Petrus?

II. Non constat planè, Petrum fuisse Romę. Nam quod Papistæ scribunt, Petrum Romæ 25 annis docuisse, cum usq; ad 18 Ierosolymis docuerit: item in Ponto, ut aliqui tradūt, 5 annis fuerit, & Antiochiae 7. ad hæc etiam cum Babylone scripserit suam epistolam, & deniq; cum Damasus ipse testetur Petrum nō sub Claudio, ut a lij mentiūt, sed sub Nerone demū Romanam uenisse, propalām falsum

sum est: inde enim efficeretur, ut longè ultra Neronis mortem ui-  
xiasset, à quo tamen imperfectus dicitur.

Demonstratio item certa est, Petru Romæ non fuisse, quod d' Paulus Romam & Roma scribens, ac tam multos mediocres Christia nos salutans & nominans, nusquam tamen uel unico uerbo Petri tanti uiri mentionem faciat.

Verum accipe Christiane frater, authenticam historiam de Petri primatu, quām latè is Christi ordinatione patuerit, & ubi eum Petrus potissimum exercuerit. Paulus Galat. 2. sic inquit:

I. Nam mihi, qui uidebantur esse in precio, nihil cōtulerunt: imò contrà, cum uidissent mihi concreditum fuisse Euangeliū p̄r̄ putij, quemadmodum Petro circumcisioñis.

II. Nam qui efficax fuit in Petro ad apostolatum circumcisie-  
nis, efficax fuit & in me erga gentes.

III. Cum q̄; cogouissent gratiam mihi datam, Jacobus & Ce-  
phas, & Ioannes, qui uidebantur esse columnæ, dextras dederunt  
mihi ac Barnabæ societatis, ut nos in gentes, ipsi uero in circumci-  
sionem apostolatu fungeremur: tantum ut pauperū memores es-  
semus. In quo & diligens fui, ut hoc ipsum facerem.

Hic habes integrā Petri historiam, à fide digno (ut opinor) hi-  
storicō descriptam. Primum enim testatur hic Paulus disertè, sibi  
esse concreditum seu demandatum apostolatum inter gentes: Pe-  
tro uero inter circumcisos, id est Iudeos. Hic habes ordinatioñē di-  
uinā de Petri primatu, quod sit Apostolus nō gentiū, sed Iudeorū.

Deinde narrat Paulus, ubi Petrus ante illud fœdus, cuius in reci-  
tato Pauli textu sit mentio, id est, ante decimum octauū à Christo  
passo annum docuerit, nempe inter Iudeos, qui tunc nondum ita  
erant dispersi, præsertim per occidentales prouincias, sicut iam.  
Nondum enim Hierusalem capta ac destruxta fuerat. Quare neces-  
se est, Petrum præcipue in Iudea & circumiuicinis Asiaticis regio-  
nibus docuisse.

Tertiò narrat Paulus, ubi potissimum post hoc tempus reliquos  
XX annos Petrus docēs exegerit: nempe itidē inter circumcisos, seu  
Iudeos. Dicit enim gentiū apostolus Paulus, Petru secum sanctissi-  
mum dexterarū fœdus iniisse, quod ipse Paulus debeat in posterū  
potissimum concionari ethnicis, Petrus uero Iudeis. Iam tu cogi-  
ta Christiane lector, quām bene papistice historię cum ista Paulina  
cōueniant. Certè si Petrus uiginti quinq; annis Romę, nempe à se-  
cundo

cundo Claudijs usq; ad ultimū Neronis annū, Papa fuisset, ubi pr̄cipue ei & fermē solum cum gentilib̄ res fuisset, tum omnia essent propalā ac manifeste falsa, quę Paulus superitus de eo afferuit.

Sed esto sanè, quod fuerit Petrus Romæ aliquando ad paucos menses, aut etiam annos: quid tum postea? num statim ibi ponēda est eius sedes, & successio Paparū? Cur non alibi potius, ubi itidē longo tempore fuit: ut in Ponto, Antiochiæ, Hierosolymæ, &c.

Verūm hic sese egregiè Papistarum aut insectitia, aut etiam maliciā prodit. Cur enim non perpendunt, apostolos nullas certas sedes habuisse, quibus affixi h̄erent, sicut olim pontifices Iudaici, aut nunc Christiani episcopi ac pastores? Cur non perpendunt ueba mandati apostolis trāditi: Itē per uniuersum orbem. Item: Eritis mihi testes usq; ad fines terræ. Quibus uerib̄is eis profectō non mā datur, ut in uno aliquo loco consideant, aut certam sedem sibi ponant: sed ut quām latissimē uagentur, & spargant seu disseminent Euangeliū C H R I S T I. Hinc etiam apostoli, id est missi, seu ablegati dicuntur. Ideo etiam Psalmus inquit: In omnem terram exiuit sonus eorum, & usq; ad fines orbis terræ ueba eorum. Ideo & propheta & Paulus dicunt: Ecce quām pulchri sunt pedes annunciantium pacem, & euangelizantium bona, &c. Atq; eadem ratio uocatōis etiam ipsius Christi fuit.

Quare etiam si apostoli aliquādiu alicubi propter uberem messem considerunt, ut Paulus Antiochiæ circiter quadriennium, Ephesi triennium, Chorinthi biennium, eo q; etiam postea sāpe recurrerunt: tamen non propterea illa loca eorum sedes dictæ sunt. Sicut non dicitur Antiochia, Ephesus, aut Corinthus Pauli sedes, sicut nec aliorum apostolorum: nec ipsius Domini sedes nominātur, aut celebrantur. Nusquam dicitur sedes Christi, Andreæ, Philippī, Ioannis, Iacobi, Bartholomæi, Mathei, &c.

Atq; hanc ueirissimam sententiam de incertis Apostolorum sedibus, etiam historia probat. Nam nec Paulus nec Petrus scribitur eo animo Romam ueisse, ut ibi suam sedem poneret. Sed Rom. i. scribit, se iturum in Hispaniam, & in transitu Romanos inuisurū. Acta uero testantur, illum eō uinctum Hierosolyma ad ductū, ibi q; biennium esse captiuum detentum. Post quod tempus plures scribunt, eum in Hispaniam profectum, & denū post multos annos captum, Romam addūtum, ibi q; suppicio affectum.

Vnde meridiana luce clarius apparet, nunquam cogitasse aut uoluisse

uoluisse Paulum Romæ suam sedem ponere.

Sic & de Petro ipsimet Papistæ scribunt, eum Romam profectū esse, nō ut ibi suam sedem aut solium poneret, aut ut triplicem coronam ibi papaliter gestaret: sed tantum, ut Simonē magum ex pugnaret.

Quare etiam refert Nicephorus, mox Petrum unā cum Simone Roma pulsum esse, ac aliquandiu Alexadrinæ ecclesiæ post id tempus præfuisse: postea passim per uaria loca oberrasse, & demū sub ultimos Neronis annos denuò Romam uenisse, ibiq; passum esse. Vnde itidem clarissimè apparet, Petrum nusquam certam sedem posuisse, licet diu in multis locis fuerit.

Quare manifestissimum est, apostolos nullas planè certas sedes habuisse, sed iussos esse, quam latissimè, sicut alegatos quosdam nuncios, Christum omnibus hominibus euangelizare.

Verū mirari quispiā non immeritd possit, unde tandem istam cariosam Petri sedem Papistæ cōmenti sint. Nam Christi dictū, In cathedra Moysi, nullam planè cum Papistarum Petri sede cognatiōnē habet, nec ullo modo locū significat. Nam Moses nec Hierosolymæ nec usquam in Iudæa unquā fuit, multo minus docuit. Non significat etiā ordinariā successionē, nam sacerdotes Iudaici nō Moysi, sed Aaronis successores fuerūt. Sed significat doctrinam Moysi, seu libros Moysi recte intellectos. Quod etiā ex eo apparet, q; de eisdē pōtificib. & phariseis, quos in cathedra Moysi docentes audire iubet, alibi eorū sermētū sedulū uitare ac cauere mādat. Vnde apparet, Christū p̄cipere, ipsam doctrinā Moysi audire, eiq; obediē, nō Pharisæos & scribas. Hinc igitur luce meridiana clarius patet, q; temerē & inaniter Papistæ de Apostolica sede Petri gloriētur.

III. Sed etiam si constaret eum Romæ docuisse, ac per locum successio ualere deberet, cur is, qui Hierosolymis sedet, ubi Petrus & Christus & omnes apostoli docuerunt, non habet eandē autoritatem, quam Christus aut Petrus? Cur item Antiochenus patriarcha non habet ius Petri, cum ibi Petrus amplius 7 annos docuerit, & ea quoq; sedes Apostolica à ueteribus appelletur? Cur item nulus Ponticus episcopus, aut Babylonius, eius successor dicitur, cū & in illis locis sederit? Non uideo sanè, quæ sit causa, cur Papa sit eius successor potius, quam illi episcopi & patriarchæ. Cypio hic audire Romanistarum rationes, ex uerbo Dei sumptas: cur ipsi potius, quam alij, succedere Petro debeant.

IIIIL. Verum nusquam in Scripturis promittitur idem ius, uel eadem laus posteris Petri, uel aliorum sanctorum, quae aliquando Petro tribuitur. Christus dicit quidem, se orasse pro Petro: sed non dicit, se orasse pro Papis, ne deficiat eorum fides. Quorum (ut taceam impios errores) plusquam Epicurea uita indicat, eos nihil minus, quam Deum, aeternam uitam & resurrectionem credere.

Moysi Deus eximum testimonium prebet, quod sit fidelis in tota domo Domini. Num autem & eius successores ei similes fuerunt? aut perinde leges sacrorum populo ferre, nouaque dogmata dare debuerunt? Samuel, Dauid & Daniel sunt magni uiri, & amplis laudibus in scripturis a Deo ornantur, nec fides eorum defecit. At eorum successores eis nullo modo similes fuerunt.

Spiritus spirat ubi uult: reuelat Deus ea pastoribus & piscatori- bus, & puerillo ac contemptu gregi suo, quae non reuelat summis ac ordinariis sacerdotib. & gubernatoribus. Nullus propheta aut apostolus eandem certitudinem Spiritus ac ueritatis, donorumque amplitudinem successoribus testamento relinquit.

Valde igitur hoc loco illud praeclarum Hieronymi dictum obseruandum est, quod dist. 40. recitat: Non est facilis in loco Petri & Pauli stare, & tenere cathedram regnantium cum Christo. quia hinc dicitur: Non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. Apparet hanc esse ueterem quandam regulam, de quaq; iam olim in Ecclesia usitatam, & non a beato Hieronymo excogitatam. Proinde tanto pluris facienda est, & Papistarum cupiditati, superstitioni & ambitioni tanto fidentius opponenda.

V. Primi patres primatum nulli episcopo dare uoluerunt, ut superius citavi synodum Africanam. Ex eo quoque clarissime apparet, esse nouum mendacium, Papam iure diuino primatum habere: quod Papa petens ab Africana synodo subiectionem, non diuinum, sed humanum tantum ius citauerit. Profecto enim, si diuino iure eam dignitatem se nancisci posse sperasset, id potius, quam humanum citasset. Item Nicæna synodus statuit, ut episcopus Romanus tantum suburbanarum ecclesiaturum curam haberet, alij uero a liarum. Hieronymus ad Euagrium dicit, omnium episcoporum esse eandem prius potestatem. Vide eius Epist.

Gregorius Papa in Registro multum disputat, neminem deberre esse uniuersalem episcopum. Magnis coniicijs hunc titulum infestatur. Dicit esse nouum, stultum, superbum, peruersum, scelestum, propheta-

prophanum: in quem conseptire idem sit, quod fidem abnegare. Dicit hoc factum, si quis se supra cæteros episcopos efferre uelit, consimillimum esse facto diaboli, qui non fuerit contentus, se cæteris angelis æqualem esse; eamq; collatione prolixè in pluribus epistolis tractat. Sæpius repetit, id pugnare cum Euangelio, & omnibus canonibus. Negat suos præcessores, uel alios episcopos, unquam eam potestatem sibi usurpasse: & affirmat, eum qui primus sibi id nomen usurpauerit, fore præcursorum Antichristi.

Augustinus quoq; lib. 2. de Baptismo contra Donatist. cap. 3. recitat hæc Cypriani uerba: Neq; enim quisquam nostrum se Episcopum episcorum constituit, aut tyrannico more ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit.

Pius item secundus Epistola 30. clare hæc uerba ponit: Ante Nicenum concilium sibi quisque uiuebat, & ad Romanam ecclesiam patruus habebatur respectus. Quibus uerbis clare affirmat iste Papa, primatum pontificis Romani supra alias ecclesiæ, ante Nicenam synodum in usu non fuisse. Hic enim primùm ei tantum suburbanæ ecclesiæ subiectæ sunt. Sed breuitatis gratia nolo plura ex patribus & cōcilijs testimonia recitare. Ex his enim facile animaduerti potest, quod episcopus Romanus antiquitus nō dum istam tyrannidis suæ arcem occupauerat, quam iam tenet.

VI. Ecclesia CHRISTI latè ac longè per orbem terrarū sparsa est, quæ profectò non est subiecta Papæ. Imò non dubito, in ijs etiam locis Ecclesiam esse, ubi planè ignoretur ista nostri orbis calamitas, Antichristus. Restiterunt primatui Papæ diu Rauennas, Mediolanensis & Aquileiensis ecclesia. Quin ne Græcæ quidem ecclesiæ, Asiaticæ, Rutenicæ, Moscouiticæ, Valachicæ, & aliæ quæ uicinæ sunt, etiam hodierna die, Papam audiunt. Num igitur obsecro propterea nō sunt Christi ecclesiæ, quia Papæ pedes nō osculaturo? Non opinor etiā ipsos Papisticos pseudoprophetas tā uesanos & impudētes (licet sint impudētissimi) esse, ut hoc affirmare ausint.

VII. Ad hæc nec ritè eligūtur Papæ, ut ne Romani quidē pontificis iura obtinere possint. Nam ut racea, quod uetusissima ac receptissima consuetudo fuit, cuius & Act. 9. mentio f. r. ut cùm alij episcopi, tum & Romanus à plebe & clero cōmunibus suffragijs eligeretur: itē postea ab ipsissimis Antichristis decretū sit, ut ab Imperatore cōfirmetur (quæ iam omnia abolita & mutata sunt, solumque Cardinales, quē uolūt, eligūt) illud tantū moneo, esse distincte.

27. cap. Si quis. Quod si quis Papa eligatur pecunia uel gratia humana, is non apostolicus, sed apostaticus habendus sit.

Notum autem est ex historijs, & totius Romanæ curiæ morib. iam multis seculis Papas non ob insignem eorum eruditioñem, probitatem ac pietatem electos, sed tantum uel per largitiones, ac humanos fauores, uel per fraudes aliquas uel etiam per uiolentiā. Ante mille ducetos annos Damasus papatum obtinuit contra Vr- facium, non tam suffragij, quām cruentis armis: & sic sēpe postea accidit, eo q; factum est, ut sēpe duo, nonnunquam & tres Papē fu- erint, ac inter se atrocia bella gesserint. Ac sanè de plerisq; Antichri- stisiam lōgo tempore id dici potest, quod de sanctissimo illo apo- statico, Iubilei primo autore, Bonifacio VIII uulgō dicitur: Intrauit ut uulpes, regnauit ut leo, mortuus est ut canis. Sunt igitur, fuerūt- que isti lupi Romani, iam longo tempore non episcopi Romani, multo minus Petri, aut Apostolici, sed meri apostatici & Antichri- sti...

VIII. Si Petrus paulo pōst, quām audit, Tu es Petrus (ubi Papi- stae dicunt, eum constitutum esse supremum) quia amicè quædam parum pia, Christo suadebat, appellatur à Domino Satan: quanto magis Papæ, ut maximè Petri ius obtainere deberent, tamen Petri es se desineret, & fierent Satanæ coram Dōo qui iam amplius per mil- le annos tanta scelera patrarunt, orbem terrarum suis ccelibatibus polluerunt, infinitum Christi sanguinem fuderūt, tam horribiles idololatrias aut excogitauerunt, aut certè confirmarunt? Denique iam insuper agnaciam religionis Christi ueritatem tam furiose per- sequuntur?

Hastenus iuuante Christo probavi, neque Petrum habuisse pri- matum super apostolos, & omnes ecclesiās: neque etiam si Petrus habuisset, propterea Papam habere. Deinceps aliquot rationibus probabo, quod non expediret, unum hominem toti Ecclesiæ præ- fici, etiam probum.

I. Quia Ecclesia est, quod constat, per orbem terrarum disper- sa, iuxta illud, Usque ad fines orbis terrarum sonus eorum. Impos- sibile autem est, unum hominem (etiam si donis Petrum aut Pau- lum superaret) causas, controversias, dissidias, schismata & hæreses quæ in omnibus finibus orbis terrarum exoriuntur, cognoscere.

Quām ciò obsecro, uel literę tantum ab extrema India Romam usq; perfireretur, & eō responsum, per tam longa maris terrarum q; spacia,

spacia, per tam uarias linguis, perq; tam uaria aquarum, tempesta-  
tum, ferarum, & latronum pericula;

Impossibile etiam esset, eum tantam molem uarietatis & magni-  
tudinis negociorū dijudicare. Impossibile item exequi. Planè im-  
possibile esset unquam uel literas tantum ex omnibus orbis terra-  
rum partibus in unum aliquem locum afferri, ne dicam mature af-  
ferri. Eademq; difficultas in rescribendo esset.

Nullus unquam Cosmographus orbem terrarum pernouit: ne  
dicam, ut singuli Papæ singula maiora negotia, quæ per totum mū-  
dum accidunt, cognoscere possint. Mosi tanto uiro impossibile est  
unicum populum regere.

Non nimis magnam orbis terrarum partem rexit Papa: & tamē  
quād multæ cauſæ uel penitus indiscutæ, uel certè nō satis recte  
discutæ, tantū ideo sunt, quia aut nō potuit altera pars alterā ap-  
pellantem, usq; Rōmam sectari: aut non potuit satis exacta cogni-  
tio haberi circumstantiarum negotiij, ex tam longinquis locis, in  
quibus liris causa orta est. Recte monent patres in citato à princi-  
pio textu cōciliij, non posse testes, qui ad cognitionem necessarij  
sunt, ex tam longinquis locis Rōmam usq;, propter uarias circū-  
stantias, adduci.

Adhæc etiam, si longinquitas nihil difficultatis afferret, tamen  
tantæ multitudini maximorum negotiorum unus homo planè  
sufficere non posset: ut maximè concederemus hoc Papistis, quod  
quicquid Papa dijudicat, sit id planè celeste oraculum. Quare &  
hodierna die Papæ fermè tantum uoluptatibus uacat, negotia ue-  
ro harpyis illis Curtisanis committuntur. Qui (ut res testatur) tan-  
tum eo intenti sunt, qui nam quamplurimum rapere, & orbem ter-  
rarum expilare, exugere, & deglubere possint.

Si ergo Christus totius orbis terrarū curam uni alicui Alaosco-  
po, siue Romano, siue Colocutano mandauit, ei q; utrumq; gladiū  
super mundum dedit, rem impossibilem instituit.

II. Quia impossibile est, hominem, etiam uerè pium, in tanta  
potentia & opib; non corrumpi & insolescere: quod exempla Da-  
uidis, hominis secundum cor Dei, item Salomonis, Deo dilecti, &  
mortaliū sapientissimi, indicant. Quare deprecatur Salomon o-  
pes, ne forte (inquit) saturer, ac deficit: & dicam, Quis est Domi-  
nus? Atque ob hāc causam uoluit Deus, ne politicos quidē sui po-  
puli gubernatores, sibi opes ac potentia augere: ut in multis locis

prohibet, ne multiplicent equos, currus, & pecunias.

Sed nō est necesse, nos multūm diuinare, Papas futuros fuisse insolentes, si diuinitus toti orbi terrarum præpositi fuissent. Ipsi met enim id admodum pulchre nobis suarum actionum experientia confirmarunt, cum quidem tantum parti cuidam orbis imparent. Primum enim, ubi uiderunt, se stulta regum & populorum deuotione uel superstitione potius abuti & crescere posse, cœperunt id malis artibus, id est, iniustis decretis, impijs indulgentiarū & ossium, uestiumq; cultibus, uitem uarijs titulorum & priuilegiorum donationibus, astutè querere.

Deinde, cum id uiderunt succedere, adeò insolentes facti sunt, ut quis reges, sibi in aliquo quātumuis iusto resistētes, tanquam hæreticos & schismaticos excommunicare, subditorum obedientia rescisso obligationis iuramento priuare, eisque bella mouere ueriti non fuerint: atque ita innumera ciuilia inter Christianos bella mouerint, Christianorumque sanguine orbem terrarum contaminauerint. Deniq; tandem eo usq; eorum diabolica insolentia progressa est, ut Christi decreta rescindere ausi sint: Reges & Cæsares in sua uerba iurare, sibiq; inaudita superbia pedes osculari coegerint, eorumq; ceruices pedibus calcare non sint ueriti.

Quare cum planè impossibile sit, unum hominem in tantam potentiam euestum, ut scilicet ipse habeat ius utriusq; gladij per universum orbem, non insolescere, & corrumpi: non esset utile uerè religioni, unum hominem Ecclesiæ præfici.

III. Quia Christus ipse uult regere Ecclesiam, uult nobiscum esse usque ad finem seculi, & propè adesse omnibus inuocantibus eum. Non relinquit nos orphanos. Dat nobis instituta, quæ teste Psalmo, sunt nobis consiliariorum uice. Excitat pios doctores. Mitit etiam in corda suorum Spiritum sanctum, qui eis est concionator, & uerus Christi in Ecclesia uicarius. Is & omnes simul & singulos seorsum docet, conlolatur, gemit pro eis coram Deo: & planè ad omne bonum opus, omnemq; ueritatem instituit præcipue ad preceptionem. Clamat enim ad Deum in cordibus pitorum, Abba pater.

IV. Obijciat aliquis: At hic in terris oportet habere Ecclesiæ uisibile caput, etiamsi Christus adsit inuisibiliter. Respondeo, non esse necesse: quia Christus etiam inuisibilis, tam bene Ecclesiæ adest, ac si adesset uisibilis. Ipse enim certo pollicetur, quod ubi

duo in nomine eius conuenerint, ipse sit adfuturus: & quicquid pertierint, sit eis datus. Ait Apostolis, prodeesse eis, ut ex eorum con-spectu recedat, ac pro se eis Spiritum sanctum mittat.

Legimus in sacris literis, quam aegre tulerit Deus olim, populum Israeliticū sibi regem praefecisse. Dicit enim, eos se repudiasse, ne supra eos regnet, & reuera ita erat. Dum enim in suos uisibiles reges, eorumque potentiam & sapientiam respiciebant, omnipotens Dei obliuiscabantur. Sic planè & nobis accidit in Papatu. Dum enim inanem pompam & splendorem, uanissimasque bullas, indulgentias, & tam multiplies sanctitates gemmei Papæ, & purpuratorum eius Cardinalium & Episcoporum, respiciebamus: facile pauperis, absentisque (ut tunc opinabamur) Christi obliuisceremur. Longè profectò plus remissionem peccatorum, & regnum cœlorum à Papa (quod mihi, qui iridem serius Papista fui, probè constat) quam à Christo quæsuimus.

V. Quia longè aliter Deus Ecclesiam regit, quam politiæ reguntur. Regit enim eam non humana sapientia, sed uerbo & Spiritu sancto, qui spirat ubi uult. Plerunque Deus in magnis Ecclesiæ difficultatibus, præteritis ordinarijs, magnisque nominis gubernatoribus, excitat aliquos pescatores, pastores, aut alio qui uilis conditionis homines, ut Apostolos, Mosen, Amos, Dauidem. Atque ita de stercore erigit pauperes aliquos, eos suo spiritu alijsque donis ornat, per os eorum loquitur, pios erudit, impios confutat & prosternit. Atque ita impias doctrinas et superstitiones abolet, lucem Euangelij illustrat, Ecclesiamque instaurat.

Tales eximij uiri ingentibus donis diuinitus ornati, sunt, ueluti superiores quida Episcopi, superalios ministros in ecclesia. Quos plerique pīj audiunt, sequuntur: non quia sint in aliquo superiori gradu, sed quia omnes animaduertunt, eos maioribus donis à Deo ornatos: sentiuntque Spiritum patris per os eorum loquenter, ac ueritatē clara scriptura probantem, cui omnes pīj in timore Dei ultrò cedunt.

Tales, ut ita dicam, Papæ subinde alii qui sunt in ecclesia: fuerunt olim tales, non tantum uiri in simae conditionis, sed etiam mulieres prophetæ. Tales fuerunt inter apostolos Iacobus, Ioannes & Petrus, quos Paulus colunas appellat. In primis uero ipse Paulus, uas Dei electissimum, que plus omnibus alijs laborauit. Talis fuit suo tempore Augustinus, Athanasius, & nostro tempore Luther, & alij uiri.

eruditio ne ac pietate præstantes. Ac semper omnino sunt non tantum in tota Ecclesia, sed etiam in singulis ecclesiolis alij tanquam oculi & caput in corpore, alij uero tanquam manus & pedes: non humana uoluntate, sed quia Deus ita varijs donis suam Ecclesiam distinguit & ornat ad eius ædificationem. Habent autem hanc regulam maiores, ut si minori reuelatum sit, illi taceant.

Quare neque possibile, neque necesse est, neque utile, neque pietati consentaneum, esse aliquam supremam personam, quæ omnes Ecclesias Christi tam latè ac longè dispersas regere debeat; ac insuper & politicum gladium sibi vindicet.

Hactenus tres propositiones, quas superius proposui, Christo iuuante probauit. Quarum prima est, quod Petrus primatum non habuit, nec præesse cæteris Apostolis iussus est: multo uero minus utrumque gladium supra orbem terrarum accepit. Secunda, quod etiam si Petrus talem aliquam potestatem habuisset, qualem Papistæ mentiuntur, tamen non propterea Papa eam haberet. Postrema, quod neque necesse sit, neq; utile neque pium, unum aliquem hominem uniuersæ Ecclesiæ præfici, multo autem minus utrumque ei gladium super orbem terrarum tradi. Sed inter alia argumēta nobis illud firmissimum esse debet, quod uerisimè & clarissimè hoc tempore à plurimis probatum est, Papam docere & defendere impiam doctrinam, & esse ipissimum Antichristum, cuius rei rationes hic repetam.

Iohannes primæ secundo, definit Antichristum esse eum, qui negat Iesum esse Christum. Id planè Papa facit, non uerbis, sed re. Nam Meschias Hebraicè, Græcè Christus, est persona diuinitùs misera, ut sit populi Dei perpetuus Sacerdos & Rex. Sacerdotis porrò officiū est, docere; orare & sacrificare: sed regis est, tegere & defendere.

Admit ergo Papa Christo sacerdotium. Nam non solum dilectū filium uult audiri, sed magis se suosque pseudapostolos, aliud Euangelium adferentes. Item, quia multos alios mediatores in cœlo nobis pro Christo substituit, qui pro nobis coram Patre intercedant, neglecto Christo, seuero iudice. Item, quia infinitos sacrificios pro Christo substituit, qui generi humano Deum placent, ad quos dicit à Christo per Petrum sacerdotium translatum esse: denique, quia per merita suorum spiritualium sanctorum que nos salua ni uult.

Regnum porrò Christo auferit, quia in terris ubi ipse caput esse Ecclesiæ: in celo uero alios opitulatores & seruatores nobis constituit, ad quos in miserijs suis confugere iubet. Negat ergo Papa IESVM esse Christum.

Daniel cap. 12. Antichristum pluribus notis insignit. Primum inquit, Faciet quicquid uolet. Facit sanè Papa quod ei libet, non tantum in temporalibus rebus, ubi Monarchas creat & deponit, subditosque iuramento soluit, &c. sed etiam in spiritualibus: ut de altera Eucharistiae parte, de coniugio sacerdotum, de libertate Christiana in adiaphoris. Confitetur id ipse met dist. 40. Si Papa infinitas animas secum in infernum traheret, tamen nemo debet ei dicere, Quid facis? Et glossa inquit, Papæ est pro ratione uoluntas.

Secundò dicit, quod se eleuabit supra Deum. Id fecit, ut ex præcedentibus apparet. Item, quia uult se audiri plus quam Deum: blasphemansque uociferatur, scripturam esse fontem omnium haeresium & schismatum, ambiguam, obscuram, &c. se uero errare non posse.

Tertiò dicit, quod ei prosperè succedet, donec finiatur ira Dei.

Oppressit Papa, ut uoluist, sua tyrannide & impietate tum politias plurimas, tum & innumeras ecclesias.

Quartò dicit, eum non curaturum Deum suorum patrum. Hoc de Papa uerè dici, superius in loco Iohannis clare probauimus. non curat enim beneficia Christi, & nouam religionem excogitat.

Quintò dicit, non curaturum amorem mulierum: quod Papa fecit tum præcipiendo suis cœlibatum, tum per suas Sodomiticæ libidines.

Sextò dicit, quod colet Deum Maozim, id que auro & argento. Quod fecit, dum totam pietatem in eo collocat, ut multa magnaque tempora splendide extrecta, omnigenis preciosis ornamentis niteant, cantuq; reboent.

Septimò dicit, fore ut daret suos socios. id Papa fecit.

Paulus 2. Thessalonicens. 2. quinq; notas Antichristi, præter predictas, ponit.

I. Quod in templo Dei sedebit. Hoc facit Papa, se Christi uicarium fingendo, & in conscientijs hominum regnando. Si enim se Christi hostem profiteretur, ut Mahometes, esset extra ecclesiam.

II. Quod ait iam mysterium agi: id opinore spectare, quod episcopus Romanus paulo post cœpit caput efferre supra alios.

III. Quod dicit Antichristum uenturum cum signis mendacibus. id Papa, teste experientia, fecit.

IV. Quod mittet Deus efficaciam illusionis: quod in Papatu manifestè accidit. Omnia enim longè firmius credidimus Papæ, quam Deo.

V. Quintam sic Ambrosius super hunc locum exprimit: Antichristus apparebit, cum Romani regni defectio fiet, & reddet Romanis libertatem, sub suo tamen nomine. Hoc accidit ante DCC annos, cum Romanum imperium ruerat, & à Papa non tanquam Cæsare Dictatore, Consule aut Senatore, sed ut à Papa Romano nonnihil instauratum est. Tunc enim Papa suam potentiam & impietatem per orbem propagauit. Sic Apoc. XIII. laesa bestia ab alia simili agni bestia honoratur.

I. Tim. IIIII. Postremis temporibus discedent quidam à fide: Papa negat esse aliam fidem, præter historicam. Attendent spiritibus impostoribus: Papa omnia sua uisionibus spirituum, & animarum probat.

Prohibebunt coniugium & ciborum usum: horum utrumque de Papa uerissimum & notissimum est. Constat ergo ex hisce signis, Papam esse illum ipsum uerum Antichristum, de quo Scripturae uaticinatae sunt.

Regula est iam passim receptissima, Per peccatum, abnegationem & persequitionem, commodissime pœnam uitari. Eam, ut spero, clarè Deus etiam in hac uita refutauit. Sed si in hac uita id prætermiserit, faciet profectò in altera uita, tanto cumulatius.

Quicunque ergo uult æternum exitium effugere, æternaque beatitudine cum Christo frui, ille Antichristum ex animo & detestetur & fugiat.

F. I N I S.

NILI

N I L I   T H E S S A L O N I =  
 C E N S I S   A R C H I E P I S C O P I   L I -  
 bellus de Primatu Papæ, à Matthia Flacio II.  
 lyrico uersus.

**A**FFIRMANT Romanæ ecclesiæ adhærentes, primò beatum Petrum esse Apostolorū principem à Christo constitutum, eoq; ei meritò & claves regni cœlorum traditas esse, & supereum Ecclesiā ædificatam, cōtra quam inferiorum portæ non sint præualitauræ: quippe cūm pro eius fide Christus orauerit, ipsumq; & fratres confirmare, & oues suas paſſere iuſſerit. Congerunt & alia huc multa, quibus Petri principatum probari posse existimant. Secundò aiunt successorem Petri esse Papam, totumq; eius principatum successione accepisse, eoq; & omnia, quæ ille in rebus religionis potuit, hunc quoq; pari modo ac ratione posse. Quare tertio loco dicunt, impossibile esse Papam uera fide excidere. Nam si id accideret, actū de Christiana religione & Ecclesiā, quæ super ipsum extructa putatur, esset. Ad id probandum citatur quoque domesticus testis Papa Agathon, qui in quadā epistola affirmat, Romanā ecclesiā nunquā ullo errore laborasse, nec à uera ueritatis via ullatenus aberrasse. Quapropter dicunt Papam suum primatum semper inde ab Apostolis habuisse. Quartò aiunt, eademq; ratione ipsi cæteros metropolitanos seu Archiepiscopos subelle, sicut Constantinopolitano archiepiscopo, qui sub eo sunt episcopi, & sacerdotes subsunt. Quintò aiunt licere ad Papam appellare, quare eum dominum esse. Sextò & ipsi uolunt omnes iudicare, à nemine uero iudicari debere, nec in moribus, nec in doctrina seu fide. Septimò dicunt Papam non unius alicuius cerri loci episcopū esse aut dici, sicut alios, sed simpliciter sine circumscriptione Episcopum uocari, utpote uniuersalem totius Ecclesiæ Episcopum, idq; proprio Papæ testimonio probant, qui nunquam se Romæ Episcopum in suis literis scribat. Octavo eodem pertinere aiunt, quod sola Romana sedes, Apostolice nomea obtinuit, quia & diu ibi Petrus apostolus uitam egerit, & ibi mortuus sit. Nonò contendunt, soli Papæ fas esse Concilium conuocare. Decimò & ultimò afferunt sine Papæ assensu nullos canones institui, nihil in Ecclesia ordinari posse. Concludūt itaq; omnia prædicta iura & quasi priuilegia Papam à Petro

Petro habere, eoq; omnes ipsi debere obedire, & neminem ullis eius mandatis contradicere. Hæc quidem Latini occidentales ue pro sui Papæ dominio ac potentia afferunt. Ad quæ non quidem quid respondeam dubito, sed coram quibus respondeam. Si enim coram ipsis latinis seu Romanæ ecclesiæ addictis, quid speradum est, me iustæ sententiæ iudicij ue reportaturum, qui meos aduersarios iudices constituam? Sin coram Græcis nostris, iure queri Latinis de me uidebuntur, qui Græcos eis iudices constituam, quos illi in rebus Ecclesiasticis aduersarios suos esse sentiunt. Quid ergo faciendum est? Non certè est diuina ueritas æterno silentio se pelienda, sed dicendū profectō potius liberrimè bona spe, optandumq; ut qui in hæc scripta inciderint, nihil prius ac potius ueritate habeant. Aliquem enim profectō fructum hinc quoq; ueritatis amatores reportabunt.

Primum igitur de Petri principatu, quomodo illius sacri cœtus princeps sit, quid ue ei sit iuris cōcessum aut debitum, nō opinor iam differere admodū necesse esse. Sit enim id tale ac tantū, quantum cupiam, uel comminisci libeat: non tamen profecto inde unquam consequetur, Papam id iuris à Petro habere, ut omnibus alijs Episcopis imperet, quæ secunda adiectoriorum propositio est.

Duo enim circa Papam consideranda sunt. Alterum est, quodd sit Episcopus Romæ, quem ei titulū sanctæ Synodi tribuunt: & præterea, quodd primus ac supremus omnium Episcoporum esse uult. Illud quidem à beato Petro habet, ut scilicet sit episcopus Romanus. Hoc uero scilicet primatum habet à quibusdam patribus & regibus, qui id ei boni ordinis studio multis seculis post Apostolos concederunt. Atq; id uerum esse producam testes non duos aut tres tantum aut duplo plures, sed sexcentos & triginta, eosque sanctos patres. Lege uigesimali octauū canonem sacræ cœumenicæ Synodi quartæ seu Chalcedonensis, qui si habet: Vbiique Patrum definita sequentes, & modò recitatum canonem centum & 50. episcoporum Constantinopoli in noua Roma tempore pientissimi Theodosij congregatorum perpendentes, eadem & nos statuimus & decernimus de honoribus seu prærogatiis Ecclesiæ eiusdem Constantinopolitanæ urbis nouæ Romæ. Etenim sedi ueteris Romæ præterea, quodd ea urbs tunc orbis terrarum imperabat, meritò patres superiorē honorem primatumq; dederūt. Eadem quoq; ratione moti centum quinquaginta prædicti Episcopi no-

pi nouæ Romæ sedi pares honores paremque primatum attribuerunt, rationabiliter iudicantes hanc urbem imperio senatuq; impeij decoratam, æqualiq; dignitate cum ueteri imperij sede fruētem etiam in Ecclesiasticis negocijs ex æquo cum illa eminere, cum secunda post illam sit.

Quid igitur hinc discimus? Nil sanè aliud, nisi non ab Apostolis, sed à patribus Papæ primatum aliarum Ecclesiarum traditum esse, idq; non ob aliam grauiorē, iustiorem ue causam, quām quia urbs Roma tunc orbi terrarum imperitabat. A' patribus enim disertè inquit Canon primatum superiorem ue dignitatem sedi Romanę datam esse. Habet itaque Papa ideo superioritatem, eamq; propterea à patribus datam, quod olim Romana urbs imperio potita est. Non igitur ideo habet, quia Petri successor sit, aut quia eam illi Apostoli concesserint.

Verum euidētioris ueritatis causa legatur sanè & Iustiniani censim nouella constitutio, quo appareat ueritatē undiquaq; testimonia habere. Decernimus, inquit, secundum sacrarum Syuodum decreta sanctissimum ueteris Romæ episcopum primum esse omnium sacerdotum: beatissimum uero nouæ Romæ Constantiopolis episcopum secundum post eum locum obtinere, alijs uero oīmaibus preferri. Audis principem affirmare Romani Papæ primatum sacrorum conciliorum decreto ei concessum esse?

Quod si Synodorum tantum decreto primatum Papa obtinet, quomodo obsecrò uerum erit quod quidam aiunt, id eum ex successione à Petro habere? Quid igitur dicat aliquis, an non est Papa ex solido Petri successor? Est sanè, sed ut Episcopus tantum, sicut & unusquisq; eorum episcoporum, qui ab illo ordinati sunt, qui quidem plurimi fuerunt: imd & sicut unusquisq; Episcopus sui Apostoli, à quo ordinat⁹ est, cuius ue loco docet, successor est. Hac sanè ratione sunt plurimi tum petitum aliorum Apostolorum successores, ut scilicet tantum episcopi sint, & non ulla alia. Petrus enim & Apostolus fuit, & Apostolorum primatus. At Papa nec Apostolus est, nedum Apostolorum princeps. Non enim Apostolos ordinauit, crearunt ue Apostoli, sed tantum pastores & doctores.

Postea Petrus totius orbis terrarū fuit doctor, sicut & alij. Nam & ipsi perinde, ut cæteris Apostolis dictum est à Domino: Ite & p̄g dicare Euangelium uniuersæ creaturæ. At Papa & est & uocatur solum Romanæ urbis episcopus.

Præterea Petrus Antiochiæ alium, alium Alexandriae, & alium alibi creauit episcopum. At Romano Papæ nihil tale permittitur. Adhæc Petrus episcopum Romanum ordinare potest, at Papæ id facere non licet.

Demum Petro sine aliqua conditione dictum est, Quicquid ligueris aut solueris, erit solutum aut ligatum in cœlis. Petrus uero Papam ordinans præscripsit ei, ut id liget aut soluat, quod meritò ligandum solendum uero est. Hisce etiam illud præcipuum adde, quod quicquid beatus Petrus docuit uoce aut scripto, id indubitate constat Spiritus sancti oraculum fuisse. Verum de Papa nihil tale fas est credere. Nō igitur Papa omnes Petri prærogatiwas, dona ac priuilegia successione adeptus est: sed eam tantum, quæ & unusquisque à Petro ordinatorum episcopus, nempe, ut liget ac soluat, ut baptizet & doceat: ac deniq; ut reducat in uiam seductos, aliaq; sacerdotis munia obeat.

Tertio, quod etiam à ueritate aberrare Papam quidem impossibile esse contendunt, id uero etiam Petri ipsius dotes ac uirtutes excedit, etiamsi omnes successione ad Papam necessariò peruenire deberent. Nam ille bonus vir non semel grauiter impegit, cum quidem sedulò admiteretur, ne sibi id accideret: at ego quero, an etiam Papa possit aut soleat incidere in crimen mendacij, auaricie, inanis gloriae, aliorumq; uiciorum, aut omnino impossibile est eum peccare? Negent sane, si eos nihil pudet propalam mentiri. Quod si manifestum est, eum quoq; haud raro labi, ac conscientia uolare posse, ut pote hominem: profecto potest accidere, ut etiam in ueritate religionis naufragium subeat. Testatur id uerum esse etiam diuus Paulus Timotheo scribens, inquit enim: Habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam negligentes circa fidem naufragium fecerunt. En hic audis eum, qui conscientiae uulnera admittat, etiam circa fidem ægrotare posse. Quare si Papa nō omnino semper conscientiam ab omni crimine illasam gerit, & hoc malum cum errore in fide coniunctum esse solet: sequitur necessariò, esse manifestum mendacium, Papam à ueritate Christianæ religionis aberrare non posse. Quin & ipsum uolare peccatis conscientiam genus quoddam defectionis est, teste Paulo, qui ait: Deum uerbis quidem confitentur, operibus autem abnegant. Qui igitur fieri potest, ut papam re ipsa ac operibus Deum abnegare sit possibile, uerbis uero non item?

Sed

Sed ne tantum rationes excogitare afferre; uideamus, experientiam uero diuersum a nobis testari, uiuo exemplo Papæ, qui turpiter a fide aberrauit, sententiam meam confirmabo. Nam Honorius papa profectò a sincera doctrina aberrauit, ideoq; a sexta Synodo est damnatus, ut ex decimo sexto eius decreto euidéter probatur. Sancta synodus dixit, *Quos semel iam damnatos esse ostendimus, communiq; decreto ex sacris preciis libris eieimus, eos cōuenit etiam publicè anathematizatos esse proclamare.*

Postea laudabili facta principum mentione, mox cohærenter subiicit: Theodorus Pharanites hæreticus sit anathema, Sergius hæreticus sit anathema, Kizius hæreticus sit anathema, Honorius hæreticus sit anathema, Pyrrhus hæreticus sit anathema. Omnes qui fauent hæreticis, sint anathema.

Sed adiijciamus euidentioris ueritatis causa & aliud testimoniu ex oratione sanctæ Synodi ad Imperatorem. Nouas uero uocum inanitates (inquit) earumq; inuentores procul ab Ecclesiæ septis submouemus, iustoque anathemati subiicimus, quales in primis sunt Theodorus, Pharanites, Sergius, Paulus, Pyrrhus & Petrus, qui olim in hac Constantinopolitana Ecclesia præfederunt: præterea Cyrus Alexandrinorum sacerdotem, & Honorium Romanæ urbis episcopum. Quod si Honorius Romanus episcopus fuit hæreticus, possibile igitur est, papam dogmatum ueritate excidere posse.

At non poptere statim papa errante, sermo Domini irritus falusq; fuit, quem de ecclesia sua dixit, quod portæ inferorum aduersus eam non sint præualitatem. Seruata enim est in alijs episcopis ac doctoribus doctrinæ ueritas. Hic etiam clarè appareat, non de Romana sede dictum esse, quod super eam sit Ecclesia Dei extructa. Ni mis enim durum esset & non ita multum a Iudaica seruilitate distans, alligare ad Romanam Dei Ecclesiam. Nam Ecclesiæ suam Christus ipse extruxit, & quidem super Petri doctrinam seu confessionem, omnesq; eos qui similem Petro fidem ac confessionem retinebunt ac tuebuntur.

Quod porrò papa Agathon gloriatur nunquam suam Ecclesiam à ueritate aberrasse, non est mirum, quæ eorum hominum frōs est. Verū moneatur ille bonus vir, ne rerum ueritatem ad suum sermonem ui inflectat, sed contrā potius suum sermonem ad rei ueritatem attemporet.

Sed fortè Agathon motus est tum eo, quod ratio questionis tunc id postulauit, sicut sèpè fit, ut ita scribere, tum quòd reuera rarius illa Ecclesia à uero aberrauerit. Alioqui si sic simpliciter ac sine omni exceptione & conditione, uerum esset, quomodo illud dictum constaret, Omnes declinauerunt ac noxij facti sunt: non est qui bonum faciat, non usque ad unum. Posset & illud hic rectè dicī, Agathonem de præteritis temporibus & rebus locutum, quòd in illis Romana ecclesia non aberrauerit: non de futuris, quòd unquam eam aberrare sit impossibile. Certe ante sextam Synodus ea Agathon scripsit, nec ea tunc adhuc satis cognorat, de quibus se xta egit Synodus. Non ualde quoque mirum esset, si sacro sancta illa synodus ex pluribus sanctissimis patribus collecta, ea perspexisset, intellexissetq; què unus solus uir nō satis cernere potuisset.

Atq; hęc quidem uera esse ex epistola Leonis papę, qui statim Agathoni successit, sextumq; concilium approbavit, clarè animaduerti potest. Sic enim habet epistola Leonis ad Imperatorem de hac synodo scripta: Pariterq; anathematizamus noui erroris inuentores, id est, Theodorum, Faranitanum episcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrum, Paulum, Petrum Constantinopolitane ecclesiæ successores magis quàm præfules: nec non & Honorium, qui hanc apostolicam Ecclesiam nō apostolicæ traditionis doctrina illustrauit, sed prophana proditione immaculatā fidem subuertere conatus est.

Quartò quòd aduersarij dicunt, eandem rationē habere, ac perinde Papam Constantinopolitano episcopo superiorē esse, ac ille Cæsariensi, aut alio quopiam eorum, qui sub ipso sunt: id uero ut planè falsum, ita etiam minimè ferendum est. Nam Romanus quidem episcopus ideo dicitur primus, quòd Constantinopolitanus secundus post eum ordine ac dignitate sit. Cæterū Constantinopolitanus ratione Cæsariensis non dicitur primus, nec ille aut quispiam aliis ei subiectorum episcoporum secundas partes aut secundū dignitatis locum post eum habet: sed ita ipse est primus eorum qui sub ipso sunt, ut ueluti solus sit, nec aliud quenquam ad latus habeat, qui quasi conferri cum eo aliquatenus, ueluti secundas partes tenens, dignitate possit. Cæsariensis uero nō secundus ratione Constantinopolitani episcopi dicitur: sed primus ratione aliorum, qui una cum ipso sub Constantinopolitano sunt, quorum aliis ei secundus, alius tertius & quartus est.

Quid

Quod autem Romani episcopi primatus sit nō liber solutusq; ueluti monarchatus quidam, sed coordinatus ad alios, sicut collegarum dignitates esse solent inter se coordinatae, facile probari potest. Nam trigeminus sextus prædictæ sextæ Synodi canon ita habet: Renouantes quæ à centum quinquaginta sanctis patriarchis, qui in hac à Deo seruata & regia urbe conuentum egerunt, & sexcentorum triginta, qui Chalcedone congregati fuerunt, instituta sunt: definimus, ut Constantinopolis sedes parem habeat dignitatem sedi antiquioris Romæ, & in Ecclesiasticis negotijs æquè atq; illa magnificat, cum sit post ipsam secunda, post quam Alexandrinorum magnæ urbis, & post hanc Hierosolymarum episcopus succedat.

Quod si Papa sibi ideo imperium in cæteros usurpat, quia primo loco numeratur, primumq; honoris gradum habet, concedat necesse est: & Constantinopolitano, qui secundus numeratur, eandem potestatem in eos, qui eum ordine sequuntur, nempe in Alexandrinum & alios: cōcedat item Alexandrino, qui tertio loco re censetur, in Antiochenum: & Antiocheno, qui quartus est, in Hierosolymitanū numero ac ordine quintū. At qui hoc nec iustū esset, nec quicquā aliud quām Ecclesiæ Dei perturbationē efficeret.

Verūm non perinde præesse Romanum Constantinopolitano episcopo, ut hic Cæsariensi, inde facile potes deprehendere, quod Constantinopolitanus quidem Cæsariensem aliosque sibi subiectos ordinat: Romanus uero nec Constantinopolitanū, nec alium quenquam metropolitanum. Sed ut etiam liquidius appareat Papam nō imperare alijs omnibus Episcopis debere, legatur sextus Nycænæ synodi canon, quo disertè præcipitur, ut alijs Ecclesijs Alexandrinus, alijs Romanus, alijs Antiochenus præsit, nec licere alij alius prouinciam innadere. Antiqua consuetudo ualeat, quæ in Aegypto, Lybia & Pentapolí fuit, ut Alexádrinus episcopus excellentiam super hæc omnia summamq; dignitatem habeat, quoniam & Romano episcopo hæc ipsa consuetudo est. Similiter autem & apud Antiochiam & in cæteris prouincijs, primatus, dignitas, amplitudo, authoritas Ecclesijs conferuetur.

Hic clarè legis canonem Nicænum iubere ueterem consuetudinem seruare, eaq; contentos omnes esse, quæ cōsuetudo unicuique Ecclesiæ suam dignitatem tribuit ac seruat, ut scilicet Alexandria alias, & alias Antiochena, nempe omnes quæ in utraq; Sy-

ria sunt, alias Romana, alias Hierosolymitana, eas uidelicet (ut se primus canon eiusdem Synodi definit) quæ sunt in Phœnicia, Palestina & Arabia, regat. Constantinopolitanæ porr̄d sedi subiiciuntur, uigesimo octavo canone Chalcedonensi, ecclesiæ Asiaticæ, Ponticæ, & Thracæ. Qui igitur suis Ecclesijs contenti sunt Metropol. seruant institutum, ordinem ac ius. Quod si quis suis non contentus etiam aliena appetit, is sanè meritò uiolator consuetudinis ac canonum sanctorum patrum haberri debet: quandoquidem id Nicenius canon severiter prohibet, qui ueteres consuetudines in hac re seruari præcipit.

Si sane orbis terrarum clima inter alios metropolitanos canō diuisisset, Romano uero nihil attribuisset, tantum dixisset eum alijs præesse: uerisimile diuinare fortè liceret, eum debere omnes omnino Ecclesiæ per totum mundum administrare, omnesq; ei episcopos tum alios tum metropolitanos subiectos esse ac parere, sicut Constantinopolitano suæ prouinciæ episcopi parent. Nunc cum aliæ regiones attributæ sint Romano, aliæ Alexandriano, aliæ Constantinopolitano, non magis hi sub illo sunt, quam illæ sub hisce.

Quintò dicunt aduersarij, Papam habere aliquam prouocationem in negotijs Ecclesiasticis, ideo & dominum aliorum esse. Atque eandem & Constantinopolitanus habet, sed tamen non propterea habet ius aliquod aut dominium in alios Metropolitanos. Quare nec Papa ob eam prærogatiuam debet aliorum Metropolitanorum iurisdictionem perturbare. Ut autem appareat uerum esse quod dixi, Constantinopolitanū episcopum ius prouocationum habere, adscribam nonum quartæ seu Chalcedonenis Synodi canonem. Si quis clericus aduersus clericum habet negocium, non desetat propriū episcopū, & ad secularia cursitetur iudicia: sed prius auctio uentiletur apud episcopum proprium, uel certè consilio eiusdem episcopi apud quos utræq; partes uoluerint, iudicium obtinebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonis coruptiōnibus subiacebit. Quod si clericus habet causam aduersus episcopum proprium uel aduersus alterum, apud Synodum prouinciæ iudicetur. Quod si aduersus eiusdem prouinciæ metropolitanorum episcopus uel clericus habet querelam, petat aut præfectum diœcesos, aut fedem regiæ urbis Constantinopolitanæ, & apud ipsam iudicetur.

Idem

Idem & decimus septimus canon eiusdem Synodi dicit: Vigesimus porrò & trigesimus sextus canon sextę Synodi eandem dignitatem authoritatemq; per omnia utrique sedi Constantinopolitanæ, scilicet & Romanæ tribuunt, quare etiam prouocationes ad Constantinopolitanum episcopum rectè fieri, clarè indicant.

Sextò, quod blaterat aduersarij, Papam omnes iudicare, ipsum uero à nemine iudicari debere, nonne uanitate ac mendacio plenissimum est, & ab Apostolorum æquabilibus modestisq; canonibus plurimum dissonat. Si enim tum Paulus ideo libeter confert suam doctrinam cum Apostolis, ne in uanum currat aut cucurrerit, tum Petrus acriter se à Paulo obiurgari modestè patienterq; fert. Quo iure, qua'ue modestia sibi Romanus Papa arrogabit, ut ille solus ueluti tyrannus quidam, nulli mortalium de factis uitaq; sua rationem reddere uelit, cum quidem Petri successorem se esse pleno ore glorietur?

Verum ut dixi, falsissimū id esse etiam ipsa experientia facile euincemus. Nam Honorius de falsa doctrina à sexta Synodo, ut superius diximus, non tantum est iudicatus, sed & damnatus: imò deniq; etiam anathematizatus est, ne morte quidem ac sepulchro eum à tali S. Synodi seueritate liberare ualente.

Quod porrò ad alias actiones ac politiam eius attinet, prēter doctrinam, etiam in ea parte legibus subiectus est, non minus quam alius quisquam episcopus, quandoquidem & ipse inter episcopos connumeratur. Multæ uero tales leges seu canones sunt partim initio ab Apostolis, partim postea à sacris concilijs conditæ: imò possum proferre locum, ubi etiam seorsim Romanus pontifex à concilio coarguitur, cuius rei euidentissimum testimonium est canon 13 sextæ uniuersalis Synodi, qui sic ait: Quoniā in Roma na ecclesia in ordine canonis esse cognouimus traditū, eos qui ordinandi sunt diaconi uel presbyteri, confiteri, quod non suis iam copulentur uxoribus: nos antiquum sequentes canonem, apostolicæ diligentia & constitutiones sacrorum virorum legales nuptias amodò ualere uolumus, nullo modo cum uxoribus suis eorum conubia dissoluentes, aut priuantes eos familiaritate ad inuicem in tempore opportuno. Deinde sententiam perpoliens, clarioremq; reddens, canon addit: Si quis igitur præsumperit contra Apostolicos canones aliquos presbyterorum & diaconorum priuare, à contractu & à communione legalis uxoris suæ deponatur: simili ter

liter & presbyter aut diaconus, qui religionis causa uxorem suam expellit, excommunicetur. Si uero in hoc permanserit, deponatur.

Idem & quinquagesimus quintus canon eiusdem Synodi testatur, cuius haec sunt uerba: Quandoquidem comperimus quosdam in urbe Romana, tempore Quadragesimalis ieiunij in Sabbathis, contra receptum Ecclesiæ morem ieiunare: uisum est huic sacrosanctæ Synodo, ut etiam Romanam ecclesiam modis omnibus obliget canon, qui inquit: Si quis clericus fuit deprehensus die Dominicæ aut Sabbathi ieiunare, excepto unico tatum Sabbatho, is deponatur: si uero laicus, excommunicetur. Liquidò igitur hinc apparet, Romanum episcopum & in doctrinæ controuersijs & alijs rebus actionibusque iudicari posse ac debere, si quid alienum à rego æquoq; patrauerit.

Quod autem Papa non sit supra dignitatem episcopalem, ut quidam perperam sentiunt, euidenter ex ijs quæ dicta sunt, probari potest. Qui enim fieri posset, ut si episcopali dignitate maior esset ab episcopis, in concilio iudicaretur, eisque rationem suorum factorum reddere cogeretur. Constat sanè quod eum uocent episcopum patres, cum ad eum scribunt. Certè ab episcopis ordinatur: quod profectò non fieret, si eius dignitas Episcopali amplior esset. Nemo enim id alteri dare potest, quod ipse prius nō habet. Adhæc quid aliud est id dicere, quām ordinem Ecclesiasticum dissoluere & perturbare? Beatus sanè Dionysius, qui Apostolorum tempore fuit, tantum in Diaconos, sacerdotes & episcopos Ecclesiasticam Hierarchiam diuidit. Nec uel suspicere concipere ex eius scriptis possis esse aliquam episcopali maiorem in Ecclesia dignitatē. Neque illud etiam uerisimiliter dici potest, quod uel ignorauerit Dionysius, talem dignitatem in Ecclesia esse, uel etiam studio dissimilauerit, cum ille se profiteatur integrè de tota Ecclesiæ Hierarchia dicere.

Sed sint sanè ista ita, inquiet aduersarij, illud iam expedi, quatenus fronte tu sextæ Synodi canones citare audes, cum ea nullos planè condiderit, præter eos quibus de duabus Saluatoris uoluntatibus contra Monothelitas definiuit? Respōdeo primum: Etiam si canones, quos paulo ante nomine sextæ Synodi citaui, eius genuini non essent: tamen propositum nostrum, quod Papane major sit cæteris episcopis, nec liber à iudicio esse debeat, ex alijs adiunctis

adiunctis cuiusdeter probatur. Si enim nulla est episcopali dignitas, maior igitur nec episcopus episcopo maior est, quatenus quidem episcopus. Omnes enim episcopos dicit Dionysius, esse iuratores huius iuris, id est eiusdem ordinis & dignitatis. Quare cum & Papas sit episcopus, alijs aequalis esse, omnibusque legibus subiecti debet, quibus episcoporum genus subiectitur. Tot uero sunt Episcoporum seu de Episcopis leges, tantumque; uniuersales Synodi, quibus contradicere non licet, in ijs condendis curae posuerunt, ut omnes enumerare sit per difficile.

Secundò respodeo, notum esse omnibus qui uel mediocriter in Ecclesiasticis negotijs uersati sunt, praedictos canones tum esse sextæ Synodi, tum firmos ratosque esse & haberi debere. Nam cum nec quinta Synodus, nec initio sexta ullam curam canonum habuerit, mox eadem sexta instaurata cōplicuit, quod priores neglexerant. Nam sicut illæ tantum de dogmatibus disseruerunt omissis alijs omnibus sanctionibus, ita hæc instaurata seu iterata sexta Synodus leuiter dogmata attingens, tantum canones de politia Ecclesiæ, alijsque Ecclesiasticis rebus condit. Quod uero sit & ipsa hæc iterata seu instaurata Synodus uniuersalis, apparet primùm ex historia Basiliij episcopi Gortines ex Creta, qui uices Papæ in ea Synodo tenuit. Deinde & ex eo apparet, quod & Synodus semper se uniuersalem uocat. Quod si uerum non fuisset, tantus Episcoporum cœtus in manifesto mendacio deprehendi ueritus profectò fuisse.

Sancta quoque septima Synodus in suo primo canone inquit: Libenter summaque uoluntate diuinos canones amplectimur, firmaque ac inconculiam eorum authoritatem roboramus, quos ediderunt tubæ sancti spiritus: id est, Apostoli, & qui per loca certa congregati fuerunt ad hanc ipsam rem, & sancti patres. Omnes enim eodem S. Dei Spiritu illustrati, ea statuerunt, quæ utilia esse censuerunt. Quos illi anathemati tradiderunt, & nos tradimus: quos separauerunt, & nos separamus: quos illi deposuerunt, & nos deponimus: & denique quos alij multe multis mulctarunt, & nos multamus. Nam diuus Paulus in tertium usque celum raptus, edocet usque dicere non licet, clamat mores piorum ab auaricia debere esse alienos, & suis rebus sorteque; cōtentos. Quare cum sancta septima Synodus tum Apostolicorum canonum, tū sex uniuersaliū Synedorū meminierit,

rit, & sexta Synodus initio cōgregata, nihil de canonib. egerit, sed hæc sexta iterata seu instaurata eius defectum suppleuerit, manifestum est, quod de huius canonibus septima Synodus loquitur. Quod porr̄ etiam anathematizat eos, qui canonum decreta contemnunt, an non terrible est, ac planè tale, quod etiam lapideum cor permouere queat? Quin & ipse Romanus pontifex huius Synodi decreta, quoad pax inter orientales Ecclesias & ipsum fuit, aded firma rataq; habuit, ut Adrianus primus Tarasio Constantiopolitano Archiepiscopo scribēs, cum maxima admiratione laudaret eum, quod constanter unā cum suis hæc decreta obseruaret, quod ex ipsis eius epistolæ uerbis appareret, quæ mox subiiciam. Inuenimus autem in prædicta Synodica uestra epistola, quā sit confessio & resta fides uestra, circa cœtus sacros & sex sacras Synodos, & erga uenerandas & sacras imagines: quæ profecto mira est, & cōpunctione digna. In qua etiam clarè est expressum, quod in sextæ synodi diuinè & legaliter prædicatis, canonibus recipitur pietura illa ueneranda, in qua agnus digito præcursoris demonstratus graphicè insculptus, qui in typum gratiæ assumptus uerum nobis per legem agnum, nempe Christum Deum indicat. Veteres igitur, inquit ea Synodus, typos, figuras & umbras tanquam ueritatis signa & notas Ecclesiæ traditas suscipientes, gratiam & ueritatem agnoscimus, tanquam legis plenitudinem hanc arbitrantes. Ut igitur & in colorum effectibus omnium oculis subiiciatur figura illa, quæ agnum illum, qui abstulit peccata mundi, nimirum Deum nostrum, iuxta humanam effigiem delineat: censemus ab hoc tempore pro ueteri illo agno & nouum in Ecclesijs Dei erigendum, quo per eum exaltatione humilitatis uerbi Dei consideremus, quo in memoriam politiæ illius, qua in carne uixit, item passionis eius & salutiferæ mortis, unde mundo liberatio contigit, ueluti manu ducamus. Quod digitur hic canon sit à Papa Adriano confirmatus, quodq; sit huius synodi, de qua iam agitur octuagesimus secundus, authenticī libri testantur.

Verū nemo satis mirari inconstantiam & leuitatem adhærentium Papæ possit, quod non tantum sanctas uniuersales Synodos, quas antea probauerant, iam oderint ac detestetur, sed etiam ipsi met inter se Papæ dissident. Nam hosce canone Papa quidem Adrianus, ut modò legimus, mirandum in modum laudat: at Inacio centius

centius uel alius quispiam eosdem damnari ac reiici consentit.

Quod si quis diceret, Papam non esse subiectum patrum legibus seu canonibus, sane is minimè ferendus fuerit. Indignissimum enim profectò erit, si Papa patres contempserit, per quos tamē eam dignitatem primi honoris, de quo suprà est dictum, adeptus est. Adhæc, si Papa canones contemneret, suam ipse autoritatem rei ceret, quippe qui ipse met multos sanxerit, qua ratione se ipsum testimonio Pauli transgressorum faceret. Sed ostensum profectò ac demonstratum est, Papam tum in dogmatibus, tum in reliquo regimine seu politia Ecclesiæ cogi concilij rationem reddere. Quare etiam decretis patrum ac Conciliorum necessariò subiectus est. Minimè certè iustum esset, quenquam ipsum Papam, ut patrem quendam uenerari, si ipse tam multos sanctissimos patres contemneret.

Septimo loco aiunt Papæ adhærentes, Papam non unius alicuius discreti loci episcopum esse: sed simpliciter episcopum, id est, totius orbis terrarum episcopum. Qui quidem manifestè ueritati contradicunt, primum enim certè probatum est superius, eum cæteris episcopis coordinatum esse, ac ueluti in eadem serie residence. Deinde quoties eius mentionem aliquam Synodi per occasionem faciunt, quod crebrò fit, semper eum Romæ episcopum nominant. Quare si Romæ episcopus est, certus unius alicuius circumscriptique loci est episcopus, nisi Romam certum locum esse negare forte uelit.

Sed obiicit fortè aliquis: Atqui Papa cum ad alios scribit, non uocat se Romæ episcopum, sed simpliciter episcopum. Quare indicit, se non unius certi loci episcopum esse, sed omnium. Cui respondemus: Nimis eum leuibus, ne dicamus futilebus argumentis, res longè maximas probare conari. Quo probationis genere, si nos uiti uellemus, cōmodius profectò possemus Papæ dignitatē euertere, quam ipsi stabilire. Cum enim le communi uulgata dignitatis nomine episcopum uocet, non Papam, non principem sacerdotū, quibus & similibus nominib. ei sui blandiūtur: signum est, ipsum met Papam suę conditionis uilitatem cognoscere, & ipso statim nomine testari. Verum nec nobis est animus tam inualidis rationibus, in tanta re contra Papam pugnare: nec ipse, dum talibus argumentis utitur, aliud agit, quam ut ex arena funiculum texere cone-

tur. Si enim tanta uis in hac argumentatione esset, etiam Cyrillus eandem honoris amplitudinem obtineret, ut uniuersi orbis terrarum episcopus esset, idque tanto magis quam Papa, quod ille ab alijs non semel sine loci additione fit episcopus uocatus. Sic enim legimus, Theodosius, glriosus triumphator, & semper Augustus Cyrillo episcopo nihil adiiciens, cuius nam loci sit episcopus. Quid autem dicemus de illis, qui ne Episcopi quidem nomen adiiciunt, sed tantum proprium nomen ponunt, num dicimus illos uel non esse Episcopos, uel etiam uniuersali episcopatu ampliorem dignitatem obtinere? quandoquidem propter non ad dictum nomen loci, ubi sit episcopus, Romanus Papa uniuersalis Episcopus esse uult. Possunt uero plurimæ tales inscriptiones & subscriptiones, ubi nomen Episcopi planè omissum est, ex authentis libris proferri.

Ostatu aiunt, nomen Apostolici soli Papæ conuenire, quod falsum est. Commune enim id ei cum alijs est, ut ex undecima actio-  
ne sextæ synodi apparet, ubi ita legimus: Constantinus pientissi-  
mus Archidiaconus huius sanctissimæ catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Iterum in subscriptionibus eiusdem Synodi ita habetur:  
Petrus presbyter, & locum tenens Apostolicæ sedis Alexandriæ,  
Georgius minimus presbyter, & locu tenē Theodori Theophy-  
lahti presbyteri, & uicem gerentis Apostolici throni sancte sedis ci-  
uitatis Dei nostri Ierusalē subscriptioni. & iterum uide in prima actio-  
ne septimæ Synodi, cuius initiu est: In nomine Domini Iesu Chri-  
sti, ueri Dei nostri, &c. Vbi post recitatione eorum, qui Roma erat  
missi, postq; Constantinopolitani episcopi mentionem sic adiun-  
git: Ioannes & Thomas pientissimi presbyteri, monachi, & tenen-  
tes locum Apostolicorum thronorū diocæses Oriëtis. Hoc inue-  
nies initio omnī actionum septimæ Synodi. Item in subscriptio-  
nibus eiusdem Synodi sive legis: Iohannes Dei gratia presbyter &  
Patriarchi coasseffor, locumq; tenens trium apostolicorū throno-  
rum Alexandriæ, Antiochiae & Hierosolymæ, patrum dogmata tra-  
ditionemq; ecclesiæ sequens, definiens, subscriptioni. Item Thomas,  
Dei gratia presbyter & primarius habitatiōis sancti patris Arsenij,  
quę in Aegypto est supra Babylonem, ac locum tenens trium Apo-  
stolicorum thronorum Alexandrini, Antiocheni & Hierosolymi-  
tani, sequens patrum dogmata, & Ecclesiæ traditionem, definiens  
sub-

Subscripti. Idem in omnibus eorum subscriptionibus inuenies.

Hinc clare agnoscis, plurium Ecclesiarum sedes apostolicas esse uocatas, non tantum Romanæ. Quare, si recta ratione rem perpendere uoluerimus, aut omnes illas sedes ac Ecclesias, quas superius ostendimus Apostolicas uocari, æquali honore condecorabimus: aut certè nec Romanā quidem ob hunc titulum magnificiemus, quandoquidem eius solius proprius non est. Quid uero de eo dicimus, q; Diuus Chrysostomus alicubi scribit, omnes Sacerdotes nō ui Testamenti in cathedra Christi sedere, sicut ueteris Testamenti in Moysi cathedra sederūt? Quin etiam maiorem dignitatem eos habere contendit ipsis angelis & archangelis, ut nihil eximium esse possit, quod Romanus Papa Apostolicam sedem iactet, quando quidem omnes episcopi in Christi cathedra resideat, amplioremq; dignitatem angelica obtineant.

Nond contendunt Papæ sectatores, solius Papæ ius esse uniuersales Synodos conuocare, in quo manifeste ueritati repugnant. Mirum uero nulde est, non pudere Papam de tali re insolescere, & critas in Ecclesia attollere, de qua re etiā reges gloriari possunt. Non quidem id edo dico, quod regum amplitudinem contemnam (habent enim & illi suas dignitates suosq; honores) sed quod Ecclesiæ dignitas terrenas glorias opesq; contemnens, cœlestem quandam præminentiam gloriamq; appetat & querat. Quare probabo, euidentibus testimonij, regibus potius hoc ius quam episcopis conuenire. Sic enim habent acta sacrosancti Nicæni seu primi Concilij.

Sanctæ magnaq; Dei gratia Alexadrinę ecclesię, & dilectissimis fratribus per Aegyptum & Lybię & Pentapolim constitutis, congregati, & magnam sanctam synodum Nicæe celebrantes episcopi in Domino salutem: Quoniam Dei gratia & Deo amantissimi principis nostri Constantini, nobis cōgregatis in urbe prædicta ex prouincijs diuersis & ciuitatibus. Item in tertia seu Ephesina synodo sic habetur: Pientissimis Deoq; dilectissimis Cæsaribus Theodosio & Valentiniano uictoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta Synodus Dei gratia, uestroq; nutu in Ephesina ciuitate congregata.

Item in Chalcedonensis concilij fine sic habet inscriptio epistolæ totius Synodi: Sancta, magna & uniuersalis Synodus Dei gra-

tia & decreto pientissimorum nostrorum Imperatorum congregata in Chalcedone Bithyniæ, sanctissimo & beatissimo Romanorum archiepiscopo Leoni.

Quod igitur cōuocare uniuersalia Concilia ad regum Christianorum dignitatē pertineat, ex praeclis locis plus satis apparet: sed adjiciamus sanè & illud, quod Leo p̄t̄ifex Imperatori Theodosio scribēs, ueluti ingens quoddam beneficium humiliter orat, ut curet in Italia prouinciale Synodus congregari: quod profectò ab eo tam suppliciter non contendisset, si id sui iuris esse iam antea sciuisset. Verba autem eius epistolæ hæc sunt: Omnes Ecclesiæ nostræ & omnes sacerdotes uestram clementiam cum lachrymis suppliciter orant, secundum libellum Flauiani episcopi, ut iubatis prouinciale Synodus in Italia congregari.

Si quem illud mouet, quod Romæ Petrus suum diem obierit: multo eum magis mouere debet, quod Hierosolymis Dei filius saltarem humano generi passionem sit perpessus.

Sed dicer fortè aliquis: Atqui etiam à patribus Romana sedes magnifica est. Respondeo: nō id ideo fecerūt, quod diuinitus magnas alias prærogatiwas sed ei attributas iudicarent, sed partim ordinis studio. Magna enim uis & utilitas est ordinis, quandoquidem ordine cœlestia & terrestria cōstant contineturq; partim uolentes diuinis mandatis obedire: Præuenite uos inuicem honore, &c. Item studio habentes imitari exemplum humilitatis à Christo pedes ablueente suis discipulis propositum, aliaq; eius præclarar monita salutariaq; nobis pietatis paradigmata.

Diuus Paulus Corinthijs scribens, seruum se eorū propter Christum uocat: quin & Papa ipse seruum seruorum se initio omnium suarum literarum scribit: quid ergo mirum, si & parres se corā euicissim nō nihil humiliarint, primumq; ei honoris gradum ut superius probatum est, concederint? Decimò dicunt & illud aduersarij, non licere quicquam in Ecclesia constituere inconsulto Papa: quod quidem recte nobis proponitur. Sed eadē mensura uicissim aduersarij rependitur. Nam nec Papę quidem licet alijs inconsul tis quicquam in Ecclesia statuere: siquidem Apostolorum canonēs audire uolumus. Sic enim inquit trigesimus tertius canon Apostolorum.

Cuiusq; gentis episcopos oportet scire, quis nam inter ipsos pri  
mus

mus sit, habereq; ipsum quodammodo pro capite, neq; sine illius uoluntate quicquam agere insolitum: illa autem sola quemq; pro se tractare, quæ ad parochiam eius & loca ipsi subdita attinent, sed neq; ille citra omnium uolūtatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum in sancto Spiritu.

Quod si obijcient aduersarij, Apostolorum canones non genuinos, nec authenticos, sed apocryphos: nos eis uicissim patrum primæ, tertiae, quartæ, sextæ & septimæ Synodi autoritatē canones Apostolorum tuentem opponemus. Nam prima Synodus in suo quinto canone duorum Apostolicorum canonum mentionem facit duodecimi & trigesimi secundi. Item eadem in 15. meminit decimi quinti apostolici canonis. Tertia uero seu Ephesina synodus ad Theodosium scribens, meminit septuagesimi quarti Apostolici canonis, quo fulta instructaq; etiam Nestorium damnauit, sicut & quartae odem armata Dioscorum cōdemnauit. Rursus hæc eadem quarta in suo quinto canone de 12. 13. 14 & 15. Apostolorum canone sic ad uerbum scribit.

De commigrantibus temerè episcopis ex alia ciuitate in aliam, facileq; functionem mutatis, uisum est huic Synodo, ut apostolorum canonibus subjiciantur & castigentur. Porro canones sextæ Synodi etiam numerum ipsum apostolicorum canonum indicat. Sic enim secundus eius canon habet: Visum est huic sanctæ Synodo, optimum pulcherrimum q; esse, ut octuaginta quinq; canones apostolorum nomine à sanctis olim patribus acceptos probatos q; & nobis per manus traditos: deinceps quoq; firmos ratos q; esse ac permanere debere, ut sint salutares animorum medelæ & curæ uiorum quæ in ecclesia accidunt, morborum.

Ceterum septima Synodus in suo primo canone enumerans ecclesiæ leges, ante omnia ponit canones ab Apost. editos, adjiciens & illud Moysi, quod illis nihil addi nihilque adimi debeat. Ilos ergo canones, qui à tam multis sanctissimis patribus adest laudantur ac probantur, nos tanquam suppositios inutiles que damnabimus? Minime uero gentium, sed summa caput que omnis mei sermonis ac disputationis ea sanè sit, ut donec Papa in Ecclesia conuenientem, olimque institutum ordinem seruat, donec ueritatem coelestem tenet ac tuetur, & donec Christo summo uero que Ecclesiæ domino ac capiti adhæret, facile patiar eum

um & caput ecclesiæ esse, & summum sacerdotem & Petri uel etiam si liber, omnium Apostolorum successorem esse, omnes ei obedire, ac nihilo id quod ad eius honorem pertinet, diminui. Sed si à ueritate discessit, nec ad eam redire uult, meritò pro damnato reiecto que haberí debet. Dixi hæc pro meis quidem uiribus de Papæ primatu, uerissima ea planè esse statuens. Quod si falsa sunt, cupio rectius edoceri. Oro enim & ego, ac cano ad Dominum illud Psalmi, Ne auferas de meo ore uerbum ueritatis.

FINIS.

I N D E X.

R E R V M E T V E R B O -

r u m memorabilium

I N D E X.

- A**bbas Urspergenensis quādo floruerit 179  
 abiurationis formula qualis ab hereticis prauitatis inquisitoribus proponi soleat 216  
 Adriani quarti egregium dictum 213  
 ædes sacre hodie polyandria 160  
 Aeneæ Sylvij de papæ primatu post Nicenam demum synodum cōstituto sententia 204  
 Africana ecclesiæ quādiu à tyrannide papæ fuerint liberæ 215  
 Africani concilij ad Bonifacium papam epistola 224 item ad Celestinium 227  
 Africani episcopi excommunicati 215  
 Alao scopos 257  
 Alberti Pighii libellus 67  
 Alexander Euariisti successor 32  
 Alexandri papæ passionis liber 34  
 Alexandrum magnum quatenus Diogenes seruum seruorum uocarit 181  
 Alexandria, Aegypti urbs 123 (124)  
 Alexandria non procul à Chayro distare  
 Alipius episcopus Tagastensis 223  
 Ambrosius ecclesiæ docto r p̄cipuus 197 hereticorum malleus. ibid. Insubria proconsul. ibid.  
 Ambrosij locus 107. 156  
 Ambrosium ecclesiam Arriana labe insectam liberasse 197  
 Amen quid Hebreis sonet 131  
 Anacletus presbyter Romanis à Petro ordinatus 27  
 Anacleti epistola qualis 24 passio 33  
 Anacleti & Clemētis epistole suspecte 25  
 Anatolij Constantinopolit. archiepiscopt  
 ambitio 211  
 Andreas Friccius 62  
 Adronicus ecclesiæ Romanae antistes 96  
 Andronicus & Iulias quādo Romæ fuc-  
 rint 98  
 Angli per quem ad Christianismum sint  
 conuersi 53  
 Aniceti contra Policarpum violentia 202  
 animam à purgatorio per indulgentias e-  
 ruere, papistica fabula 186  
 animas ante diem iudicij non esse punien-  
 das, Ioan. pontificis decretum 57  
 Ansegfius abbas quando floruerit 177  
 Antichristus infernalis cerberus 88 nostri  
 orbis calamitas 255 perire potius uult,  
 quam corrigi 88 quis 243. 160 spiritu  
 oris Christi conficiendus 211 tu appa-  
 riturus, cū Ro. regni defectio fiet 262  
 Antichristus Rom. in templo Dei sedens,  
 flagello uerbi eius iam cinctus 245 quo  
 modo depingatur 84  
 Antichristi aduentus 9 nota certissima que  
 198 nota ex Daniele 261 item ex Pau-  
 lo. ibi. omnes mendaciorum formas re-  
 censere impossibile 9 Palladium, uni-  
 uersalis siue ecumenici titulus 218 pre-  
 cursor, qui se iuuenit sacerdotem  
 uocari desiderat 241 prænunciata in  
 Romana ecclesia iuueniri 86  
 Antichristi Rom. quomodo & tyra-  
 dem tam olin affectatam, tādem occu-  
 pauerint, & Chartag. synodum dam-  
 nauerint 230  
 Antichristi triplex corona 88  
 Antichristum esse ipsissimum papā 260.  
 262 imitari, qui primatum in ecclesia  
 affectat 239. 240

N de An-

I N D E X.

- de Antichristo doctrina qualis 86  
 Antiochia quoq; sedes Apostolica ueteribus dicta 253  
 Apianus presbyter à Concilio excommunicatus 204. à papa absolutus. ibid. 208. 225. 228. 229  
 Apocalypsis locus 262 mysteria 86  
 Apollo Iudeus 93  
 Apollonia dentium curatrix 71  
 apostaticus, pro apostolico 256  
 Apostoli nomen quid innuat 237  
 Apostoli nomen soli pape conuenire, falsissimum 276  
 apostoli ecclesiae tantum ministri ex equo omnes, non domini 247. 250 unde diciti 252  
 apostolorum canones commentarij 245  
 concilium 92 proprietas 237  
 apostolis Christum prohibuisse dominum in alios, imò subiectiōne mandasse 247  
 datum à Christo mandatū, ut quam latissimē uagentur spargēdo Euangelio, nec certo alicui & uni loco hereant 252. 253  
 apostolos nullam certam ac fixam sedem habuisse 236. 252. 253  
 appellare à metropolitano suo ad alium nemini licere 230  
 appellatio ultra mare ad papam, & Mileuitana & Charthag synodo interdicta 209. 211. 228. 229  
 Aquila Iudeus 93  
 Arabia deserta. 115 Petrea. ibid.  
 archicapellanus 159  
 archicapellanorum officium 160  
 Arcopagitæ iudices, non philosophi 40  
 Aristarchus Pauli conceptius 101 quid Hebreis sonet. 125  
 Aselius presbyter 205. 207  
 Atticus Constantinopolit. episcopus 229  
 Nicopoleos metropolitanus 214  
 audiētia roganti non neganda 226  
 Augiæ stabulum, prouerb. 185  
 Augustinus de Anchona, impudētissimus paparum adulator 180  
 Augustini locus 91. obitus 213. sentētia, nullus episcopus episcoporum constitutus 255 tractatus 157  
 D. Augustinum Africano concilio interfuisse 201. 206. 210 & Mileuitano 211. 224. 243 cur papistæ monachum faciant 55  
 Aulus Vitellius quamdiu imperarit 96  
 Aurelius Valentinus Carthag. siue Numidie episcopus 201. 211. 217. 224 Rom. ecclesiæ aduersarius 233  
 auricularis confessio 66  
 B  
 B Abilo, Medi filius 114  
 Babylon idolatriæ dedita 115 eius conditor 114  
 Babylonia duplex. ibid. Romane curiae typus 116  
 Babylonica meretricis facinus 206. 207  
 Babylonica meretricix 235 nimia piorū modestia quomodo abusa 233  
 baptismitum quomodo Iustinus describat 29  
 Baptista quomodo à papistis fingatur 55  
 baptizatus in heresim recidens, Christo contumeliosus 56  
 Bede martyrologium 33  
 Benedictus papa pro diu in Saxonia cul tus 50  
 Benedicti Grammatici exilium 63  
 Benedicti pape relegatio. 50 obitus. ibid. Bibliorum

Biblorum apud papistas neglectus	61	canonis missæ correctio	81
Bibliothecario cur non sit credendum	47	canones cœciliaq; à Romanistis falsarisa-	
Bonifacius horrendum monstrum	63	canones pontificij quatenus cerei sint	83
Bonifacius primus, q; & Malefacius	206.	di	9
207 secundus in Africanas ecclesias pri-		canonum sanctorū patrum violator	279
matum sortitus 205 quādo regnari	51	cappa	155.
tertius	218	cappula.	ibid.
Bonifacij 11. ad Eulalium Alexandrinum		capella unde profacello.	ibid.
epistola 217. item alia, vi. Carthag.		capelle	158, 159
synodū damnans 232 ambitio , & in		capellanus.	ibid.
competitionem Diocurum iniuria 215		Caroli Magni decretum	177
exempla	52	Carthag. ecclesia Romanae per Eulalium	
À Bonifacio 11. & Eulalo damnata 216.		metropolitanum subiecta 233 metropolitanus excommunicatus	215
230, 232		Carthaginensis synodus sexta quando celebra	201, 204, 243
Bonifacius VIII, indulgentiarum capo-		Carthaginensis sextæ synodi actorum i-	
nator 59 Iubilei autor	256	nitium	228
in Bonifacium VIII. scōma, multis etiam		Carthag. synodi decreta contra papæ ar-	
alijs papis conueniens	256	rogantiam 209, 244 Epistola ad Bo-	
bonus sanè Martinus in auxilio, sed carus		nifacium Rom. episcopū 224. item ad	
in precio	159	Celestinū papam 228, 244 contra Pe-	
Brunus cæcus iudex	10	lagianos decreta	203
Bruni impudentissimum commentum 15		Carthaginensis patriarchæ primatus à hal-	
rabiloſe inuectiuæ summa	11	ced. concilio tributus	220
Budei locus	82	catechumenis cur nō licuerit mysterijs in-	
		teresse	157
C		in Cathedra Moysi, &c. Christi dictum, ni-	
Cæsares concilia suo arbitrio indice-		bil ad cariosam Petri siue papistarum	
re soliti	219	sedem facere	243
Cæsarum arbitrio & episcopi creari, &		cause singulæ in suis provincijs finiendo	
Rom. pontifices confirmari soliti	219	211	
barbaricorū superstitione egregie ab-		celibatus papisticus	256
usi pape 219 Germanic. potestas loqè		celibatus Romani anathematizatio syno-	
maiør ante Henricum IIII.	219	di sextæ	242
Caius Caligula quamdiu imperarit	96	Celtinus episcopus	282
Canon à papis suppositus Nicænae syno-		Centuria papisticorum mendacionū	17, 18
di actis 222, 223 hierurgiæ Chrysosto-		in Centuria prima quid necessariò primum	
mi 149 sub titulo Basiliij magni editæ		N 2 nar-	
144			
canon missæ sub titulo Iacobi fratris Do-			
mimi	140		

I N D E X

<i>narrandum</i>	14	<i>fuerit</i>	29
<i>in Centurijs quomodo sit iudicandum.</i> ibi.		<i>Christianos cur subinde ad simpliciter cre-</i>	
<i>Chalcedonense concilium</i>	221	<i>dendum, pape exhortari soleant</i> 234	
<i>Chayrum quid Arabibus significet</i>	115	<i>Chrysippus summus Stoicæ sapientie philo-</i>	
<i>Christus ecclesiam fundamentum</i>	27	<i>sophus</i>	191
<i>Christus perpetuus sacerdos &amp; rex</i> 260		<i>Chrysostomi locus</i>	210
<i>petra</i> 259 quando papistis acolythus		<i>civitatum maiorum episcopos &amp; magi-</i>	
<i>fuerit</i> 77 quādo diaconus. ibid. quā-		<i>stratus minoribus preferri</i>	202
do exorcista ibid. quando episcopus.		<i>civitatenes dioecesani</i>	158
ibid. quando lector. ibid. quando ostia-		<i>Claudius quo imperij sui anno sit mortuus</i>	
rius. ibid. quando sacerdos ibid. quādo		96	
<i>Subdiaconus.</i> ibid. quando prædicare		<i>Clavium ius omnibus apostolis ex aequo</i>	
incepit 95 sacerdos perpetuus 83		<i>datum</i>	249
<i>Sposus ecclesie</i> 193 uerus magister 66		<i>Clemens Alexandrinus potius philoso-</i>	
unicus mediator	193	<i>phus quām theologus dicendus</i> 79 quā-	
<i>Christi &amp; apostolorum uocationis eadem</i>		<i>do floruerit</i>	42
ratio 252 nullam fuisse certam sedem, ut		<i>Clemens à Petro conuersus</i> 28 Pauli coo-	
nec apostolorū 252. 253 pauperis facile		<i>perarius</i> 27 quādo passus. ibi. quartus	
fuisse obliuisci, præ papæ fastu et præ-		à Petro papa 235 quatenus in ordine	
stigijs 259 uicarius uerus in ecclesia, spi-		<i>pontificum</i>	34
ritus sanctus 258 uicario nō competere		<i>Clementis epistola ad Iacobum fratrem</i>	
gladium politicum, nec quicquam ali-		<i>Domini commenticia</i> 235. 245 qualis 24	
ud, à quo Christus abstinuit 249 uir-		<i>Clementis libris cur minus tutum sit crede-</i>	
tutem per balbutientiū imbecillitatē		<i>re</i>	123
potissimum augeri 245 uita quomodo		<i>clericorum cause apud suarum prouinci-</i>	
sit consideranda	119	<i>arum episcopos terminandæ</i>	227
<i>Christo quatenus papistæ ordines attri-</i>		<i>Cletus &amp; Linus duo papæ, uiuente Petro.</i>	
buant 76. 77 sacerdotium & regnum		235	
admit papa	260	<i>Cleti quanta per omnes ecclesiias uenera-</i>	
<i>Christū esse quid sit</i> 84 non uenisse ut cō-		<i>tatio</i>	33
stituerit regna & politias	249	<i>Clodoueus à Remigio tinctus</i> 159 fidē Chr-	
<i>Christiano quid potissimum consideran-</i>		<i>istianā ex Fracīs primō suscepisse</i> 159	
dum	13	<i>Clotharius contra Fridericum</i> 11. <i>arma</i>	
<i>Christiani olim in speluncis subterraneis</i>		<i>capit</i>	179
conuenire soliti	122	<i>Cochleï historia</i>	14
<i>Christianorum asinina stoliditate potius,</i>		<i>Columbariae cōcionatores &amp; professores</i>	
quām agmina simplicitate, papatum		<i>literarum</i>	163
ad eo creuisse	234	<i>Competentes</i>	257
<i>religio qualis olim</i>			

Com-

I N D E X.

- communicatio Christianorū qualis olim  
fuerit 169
- communio sub una specie quando decreta  
59
- communio sub utraq; specie papistis im-  
pia 37
- & Communione in sua prouincia suspensi,  
eidem à papa non restituendi 228
- concilium Tridentinum quos anathema-  
tizet 36
- concilia Cæsarum arbitrio indici solita 219
- concilia uniuersalia cōuocare ad regnum  
Christianorū dignitatem pertinere 277.  
278
- conciliorum autoritatem frustra obijcere  
papistas qui & Nicenā falsare, & Car-  
thaginēsem dānare sint ausi 220 cano-  
nes alios approbari à papis, alios in-  
probari, pro libidine, & cur 220
- confessio auricularis 66
- conjugium sacerdotum in ecclesia usitatū  
fuisse 37
- coniugia sacerdotibus per sextam syno-  
dum concessa 242
- Constantini donatio à multis refutata 45  
ficta 235. 245
- Constantinopolitanus synodus 211
- Constantinopolitanae ecclesiæ consuetu-  
do 163
- Constantinopolitanorum patriarcharum  
cum Romanis episcopis, de vniuersa-  
lis sive ecclometrici nomine cōtentio 218
- controversie singule ex loco ubi orte-  
sunt, disceptande, à synodo constitu-  
tum 211
- Coelstinus primus 107. infernalis 211
- cōene sacre canon papistico senior 138
- canonis explicatio 137 canones hetu-
- stissimi 126
- cōenæ Dominicæ ritus quomodo à Iusti-  
no describatur 29
- Cornelius papa à Cypriano refutatus 44
- Cusani de cōcordatiæ catholica opus 46  
de epistolis Decretalibus locus 30
- Curtisani harpyiae 157 terra filij 219 Afri-  
cano concilio abrogati 210
- Curtisanorum cantilena de simplicitate  
Christianis amplectenda, &c. 234
- Cypriani locus 44
- Cypriani sententia nullus episcopus epi-  
scoporum constituendus 255
- Cyrillus Alexand. episcopus 229
- D
- Damasus papa quando Petrum Romæ  
uenisse assertat 32
- Damasi adulterium 70
- inter Damasum & Ursacium de Romana  
sede contentio 213. 256
- Danielis de Antichristo prophetia 261
- Dauidis corruptio 257
- pro Defunctis commemoratio 154
- Deum uilis cōditionis homines sibi in ec-  
clesia ferè diligere, & spiritu suo do-  
nare, &c. 259
- deorum cultus apud Romanos qualis 191
- discipulorum Christi uaria dona 110
- diocesani 158
- Dionysius Arcopagita, Athenarum epi-  
scopus 33 Pauli discipulus 33 quando  
floruerit 126 quando sit passus 34. 43
- Dionysij Alexandrini librorum deprava-  
tio 118
- Dionysij scripta commenticia 245
- sub Dionysij Arcopagita nomine in epa  
scripta ecclesiæ Dei obtendi 38
- de Dionysio Arcopagita quid apud pri-

## I N D E X.

scos scriptores inueniatur	41
Dioscorus etiam mortuus à Bonifacio secundo damnatus	215
diversitatis studium	164
doctoris notabilia que sunt	12
domesticus testis proverbi	62
Donatus episcopus	228

E

E Ecclesia Christi latè per orbē terrarū sparsa regnum Dei 101 super confessionem Petri extructa 207 ecclesia in cuiusmodi hominibus constat 249 papistica duobus phonis nupta 247 Antichristi scortū 247 Rom. et orbis totius eadem 237.238 ecclesiae fundamentum Christus, non Petrus 249 in terris non opus uisibili capite 258 minister et magistratus quomodo differant 199 quatenus principem excedat 198 in Ecclesiæ doctore quid requiratur 197 ecclesiæ præesse, ac eam tueri, Christum ipsum uelle 258 toti unū hominē præfici, etiam probū, non expedire 256.258 ecclesiam Christi etiam ibi esse, ubi nostri orbis calamitas Antichristus ignoretur 256 nullam unquā suisse, que Romana etiam non fuerit, impie quosdam afferre 211 ecclesiā longè aliter Deum regere, quām politie regantur, 259 uarijs donis Deū et ornare et distinguere 194. in Ecclesia Dei neminem debere imperandi cupiditate potentiam querere: Leonis primi sententia 212 piorū hominum officium 210

Egidius Bellemeranus Canonistarū dux

181

Eckij sophisma	249
Epaphras Pauli concaptiuus	102
Ephesorum epistola ubi scripta	100
episcopus episcoporum nullus constituedus, etiam Cypriani et Augustini sententia	255
episcopus idem quod pastor 35 primæ sedis non appellandus princeps sacerdotū, aut summus sacerdos Carth. synodo cautum 211 qualis esse debeat 196 Romanus cur primus dicatur 268	
episcopi electio penes quos fuerit 74.75 et magistratus officia quomodo differant 198 feudatarij Romani pontificis 45 maiorum ciuitatum in maiori honore haberí soliti 202 munus quantum principi præstet 100 officium 197 episcopi omnes 107.100 173 quām arcte obstricti sint papæ iuramentis 65 episcopum iracudum esse non debere 226 episcoporū omnīū eadem potestas, etiam D. Hieronymi sententia 254	
episcopos creare et confirmare, eisq; imperare, Cæsarum, nō paparum munus 219 non ambitione, sed humilitate cre-scere	214
epistola ad Romanos quando à Paulo scripta	96
epistolas ad Ro. pont. scriptas plerasq; uel parum uel nihil de paparum primatu habere: ipsorum uero pont. ad alios, contrà 203	
epistolis ut liceat ad Rom. episcopū prouocare	226
Erasmus cur à Theologastris sit accusalus 67	
Erasmi locus	55
Eusebius clementis successor 31 quādo episcopū	16

I N D E X.

piscopus faellus	26	Germani per quē ad Christianissimū fuit conuersi	53
Euaristi epistola qualis	24	gladium utrumq; diuino iure papam sibi arrogare 65 contra Petri institutū, ra- perē	247, 258
ad Eucharistiam qui non admittendus	131		
Eulalius Alexadrinus patriarcha	52, 217,	Gratiani locus	157, 162
	232	Gratiano monacho cur nō sit credendum	47
Eulalius metropolitanus Carthagin., epi- scopo se se subiecit,	215, 232, 233	Greecie in historia mendacitas	113
Eulalius papa electus Bonifacio cedit	206	Gregorius Magnus quando scripsérit	36
ueritatis & ecclesie Dei proditor	218	ante pontificatum prætoram Romæ ges- sisse	176
Eulalij contra Carthag. synodum episto- la 230 item in eandem improbitas	216	Gregorius papa quando floruerit.	ibid.
eiusdem abiuratio.	ibid.	Gregorius 1. Pelagij decretū abrogat	56
Eutyches Chalced. synodo damnatus	211,	Pelagij successor.	ibid.
	220	Gregorij contra primatum ecclesiasticum	
<b>F</b> Alsi crimen, magnum scelus	244	ad Ioannem Constantinopolitanum	
Faustinus episcopus Potentinus	205	sententia 138 item de Vniuersalis epi- scopi titulo.	218
gatus à latere ad concilium Carthagi- nense	222	Gregorij locus 101. modestia 164. ob nu- tamat missam reprobatio	164
Faustino Africa interdictum	210	Gregorij primi pōtificatus diuturnus	218
fidei teste regula custodienda	230	Gregorio magno dānata tyrannidis affe- ctatio in Ecclesia	218
filius an patre sit minor, questio quomo- do agitata	26	Gulielmus de S. Amore Mendicantium se- tas quatenus conuicerit	184
Fortunatianus episcopus	228	Gulielmus de S. amore quando floruerit.	
Fortunatus episcopus.	ibid.	Gulielmi de S. amore libri publicè dam- nati	184
Francisci Assisi testamentum	188	Gulielmus Grocinos theologus	40
Francisci Conformatum libri	73		
Francisci cum Christo collatio.	ibid.	<b>H</b> Aereticus quis papæ	222
Franciscum cur papiste cum Christo co- ferant	55	hesitatio cantorum, proverb.	98
Fuldensis abbas archicapellanus Augustæ		Helias quomodo à papistis fingatur	59
	160	Heliae aduentus quatenus secundariū Chri- sti aduentum præcedere debeat	89
fumi	245	Henricus 1111. Cesar à pontificibus & episcopis Rom. oppressus	272
<b>G</b> Abriel Biel celebris theologista	185		
Galatārum epistola ubi scripta	100		
Gallis cur omnis missa cantari dicatur	161		
Gelasij blasphematio 153 locus 157, 161 sen- tentia de Chalcedonensi concilio	202		

## I N D E X.

Heinricus vii. qua arte à Prædicatorum ordine in toxicatus	183	uli quomodo abusi Rom. pape	234
Hierapolitanus episcopus quando floruerit	40	I	
D. Hieronymus cur ut Cardinalis à papi- stis pingatur 55 literarum fidus	110	D. Iacobus cur peregrinat̄em papiste instruant	55
D. Hieronymi contra primatū papæ sen- tentia 238 eiusdem dictum obseru. in dū 254 locus 104. 110. 114		Iacobus frater Domini septem annis ante Petrum mortuus 235. 245 quoto ante Petrum anno mortuus	27.31
Hieronymi Pragensis interitus	87	Iacobi apostoli cultus	194
Hieronymi Rauscheri papisticorum men- datorum centuria	77	Iacobi Stapulensis locus	124
Hieronymi Sauconarole interitus	87	Iacobum apostolum nunquam in Hispania fuisse	194
Hierosolymitanum concilium	236	Ianuarius episcopus	228
Hilderici regis depositio	83	Iebusitarum ordo	9
historia sacra quid maximè agat	14	Iesum esse Christum, negare Antichristū quid	260.261
historie criminis 10 Ecclesiastice metho- dus qualis 12 uirtus præcipua que ibi. historiam alicuius doctoris scribenti quid conueniat	13	Ignatij epistole quando scriptæ	42
in Historias sacras que mentiendi licen- tia irreperitur	16	Iacobus apostolus ubi occisus	194
historicus qualis esse debet	15	Ioan. Picus Mirandula literarum colu- men	87
historico an suū iudicium sit inter ponendū historicorum de Petri Romam aduen- tu uarietas 21 sese mutuò ueluti grues ducentium & sequentium mos impro- bandus	236	Ioan. Reuchlinus literarum columen. ibi. Ioannes quatenus Helias fuerit. ibid. quid Hebreis sonet	125
historiole huius de primatu papæ sum- marium	219.220	Ioannis baptiste ob truncatio	109
hominem etiam pium in tanta potestate & opibus, quanta est paparū, nō corum- pi impossibile	257	Ioannis Diaconi mutilatio	36
Honorius cur à sexta synodo dñatus	171	Ioannis della Casa liber de Sodome lau- dibus	188
episcopus quando floruerit	176	Ioannis Hus interitus	87
cur à sexta synodo sit damnatus	267	Ioannis Viglephi ossa postliminiō ocea- num sparsa	87
humilitas à Christo discipulis suis pre- cepta	240	Ioannis xii. depositio	49
humilitate Christianorum plus quam fer-		Iocundus Suferulae ecclesiae legatus	224

## I N D E X.

<i>manis sit</i>	8	<i>indigna</i>	17
<i>imperij translationi astutè in suum com- modum abusi pape</i>	212	<i>Legendarum liber à L. Vitæ damnatus 68 infinita mendacia continere. ibid. in quanta fuerit ueneratione.</i>	ibid.
<i>indulgentiarum cauponatio à quo exco- gitata ss imposture cur pia fraudes</i>	72	<i>Leo ab Octauiano fugatur</i>	63
<i>Innocentius, Noctentius</i>	203	<i>Leo Agathonis successor</i>	263
<i>Innocentius III. Fridericum secundum tanquam subditum citat</i>	179	<i>Leo infernalis</i>	214
<i>Innocentij primi impudentissimi arrogâ- tia</i>	203	<i>Leo primus, Sixti successor</i>	212
<i>Irenæus Victoris pont. arrogantia obsti- tit</i>	202	<i>Leonis ad imperatorem exēpla</i>	269
<i>Isidori de Missa locus</i>	158	<i>præ- clara in Anatolium sententia</i>	214
<i>Iubilei author Bonifacius VIII.</i>	256	<i>pri- mi astuta ambitio, qua paulatim ad primatum occupandū aspirat</i>	213
<i>Iudei Roma à Claudio expulsi</i>	236	<i>eius- dem de episcoporum superioritate sen- tentia</i>	212
<i>Iudeam utramq; Arabiam sibi confinem habere</i>	115	<i>lex rerum diuinarum &amp; humanarum re- gina</i>	191
<i>iusticia ciuilis</i>	195	<i>legis diuinæ gradus</i>	193
<i>interior quæ. ibid. uera</i>		<i>legis lationem nequaquam in Papā trā- latam</i>	62
<i>Iustiniani locus</i>	265	<i>leges ciuiiles &amp; imperiales, Dei donū</i>	174
<i>Iurisprudētia in qua iusticia uestetur</i>	195	<i>libri apocryphi</i>	79
<i>quatenus theologia indiget. ibid.</i>		<i>qui in primitiva ecclē- sia</i>	197
<i>iura etiam propria figere ac refigere pro libidine Antichristos Romanos</i>	216	<i>librorum falsationes in papatu innumeræ</i>	
<i>Iustinus imp.</i>	233	<i>35</i>	
<i>Iuuenialis locus</i>	113	<i>linguae cur Antichristo sint exosē</i>	67
<b>L</b>		<i>Linus &amp; Cletus duo pape, uiuente Petro</i>	
<i>Aboris termino, non initio, præmium deberi</i>	231	<i>235 quando Anacleto pontificatum re- liquerit</i>	
<i>Laurentius Valla acerrimus literarum &amp; pietatis censor</i>	88	<i>32 quando Romanam sedem regendā suscepit. ibi. secundus post</i>	
<i>longè peritiſimus</i>	46	<i>Petrum Romanæ ecclesiæ episcopus</i>	91
<i>L. Valle de mendacijs Papistarum locus</i>		<i>literæ sacre quatenus à papistis corrunt pantur</i>	68
<i>46</i>		<i>Loretani idoli mendacia</i>	73
<i>legati à latere ne mittantur à papa, Car- thag. synodo cautum</i>	229	<i>Lucas actionum Apostolicarū historio- graphus</i>	104
<i>Legenda aurea à plumbeo homine scri- pta</i>	69	<i>individuus Pauli mini- ster</i>	119
<i>Christianis hominib. indigna.</i>		<i>Paulinæ peregrinationis indi- viduus socius</i>	104
<i>Ibid. diuis &amp; Christianis hominibus</i>		<i>quādo historiam A- postolicam scripsit</i>	115
		<b>O</b>	
		<b>Lucia</b>	

## IN D E X.

Lucia tur oculos curet	71	sectæ 183 ab Alexandro 1111 confirmata 184 unde pullarint.	ibid.
Luciferi peccatum in episcopis primatū affectantibus	218	Meschias quid	260
Ludouici Pij donatio 46 à Molino re-sutata.	ibid.	Meſtie officia	242
Ludouici Vilius de Ecclesiasticis historijs sententia	15, 16	metropolitani episcopi omnes inter se & quales 230 in Nicena synodo prima constituti 204 item ceteris episcopis praefecti 212 qui	202
Lutherus 260 pietatis Christiane ardentissimus defensor	87	metropolitanis primatus in singulis prouincijs datus	230
Luiheri sup Apocalypsim explicatio 74		Michaelis Ritiij locus	156
M			
Macedonius Constantiopolis synodo damnatus	211	Mileuitana synodus	203
Maleficius pro Bonifacio 206, 207, 215		Mileuitana synodo interdicta appellatio ad papam ultra mare	212
magistratus officium	197	minister ecclesiæ Christi seruus	198
Mameranus papisticus seductor	211	ministri ecclesiæ officium	197
Maozim deus	261	miracula innumera fraude auarorum sa-crificiorum excogitata	72
Marcus Barnabe cōsobrinus 101 coope-rator Pauli	114	neiraculorum nouorum nullus apud papi-stas finis	72
Marcus euangelista, Petri discipulus	122	missa antiquitus quid 165 Dionysij tempo-re qualis 130 Ioannis Chrysostomi 162 peculiariis antiquissima 162 priuata 178 publica. ibid. quatenus ecclesiæ defor-met & destruat 166 unde dicta.	155
Marcus quando obierit	124	missæ canon 133 formæ qualis Chrysost. tempore 165 institutionem cui papiste tribuant 43 ordinem Gregorio accep-tum ferri 162 publicæ cur abbatibus prohibita 160. item episcopis & clericis. ibi. peculiares 178 Romane for-mæ 131 uocabulū cur nundinis ac mer-catui tribuatur	160
Marci euangelium ubi scriptum	122	missam ante Gregoriū magis græcis-asse 164 facere 157 olim publicā totius ec-clesiæ fuisse actionē 169 semper quasi ludibriū humani ingenij fuisse 165 una in orientalibus ecclesijs fieri solitā 162 mis-	
Marcos duos fuisse	124		
de Marco que figmota reperiantur. ibid.			
mariuo innocentii post diuortium non lice-re contrahere, papisticum mendacium			
64			
Marfilius Patauinus	22		
Martinus episcopus	218		
Martinus Lutherus quatenus Antichri-stianus inuaserit	88		
Martinus rerum bellicarum preses	71		
D. Martini historia	159		
Mediolanensis ecclesiæ consuetudo	163		
Melchioris Cani confutatio	58		
mendacij spiritus quam potens sit in regno papistico	65		
Mendicantium gyrdines quando exorti	59		

I N D E X

missarum publicarum olim frequens con-		
uentus 160 usus	162	
monastica superstitionis primaria basis		
quæ	54	crificio propitiatorio. ibid. 175
Mosis cathedra quid	253	Omnis anima potestatibus, &c. expositio
Moysi successores ualde eidem dissimiles		Onesimus, Philemonis seruus
254		102
Mutinensis ecclesiæ sententia 56 ab Inno-		œcumениci uocabulum scelestum 241 à
centio rescissa.	ibidem.	Gregorio magno damnatum 218
		opibus nimis corrupti etiam pios 257
<b>N</b>		Optatus episcopus 228
Narcissus ecclesiæ Romanae antistes		oratio 154. Dominica cur statim post pre-
96 quando presbyter Romæ fuerit 97		cem dicatur 164 mystica 135 pro uinis
Nectarij sanctitas	197	153
Nero cur Paulo indignatus fuerit	107	Origenis in Matthei homelie 41 locus
quot annos in imperio compleuerit 96		119 taxatio 79
Neronis comitas 103 truculentia. ibid.		Orosius historicus 90
Nicephorus quando Petrum Romanam ue-		Orosij locus 116
nisse asserat	51	Otho Sylvius quando imperium alteri ces-
Nicena synodi decretia authentica è Con-		serit 96
stantinopoli, Antiochia & Alexândria		Othonis in Ioannem v 111. cõluratio 63
petita 207. 208. 227 euangelijs ipsis &		Othonis primi confictum mendacium 49
quari à papistis 206 falsata 205. 206.		creatio 83
208. 210. 220. 229. 243. 244		Ozias cur lepra percussus 198
Nicena synodi falsificatio	51	P
Nicena synodo suppositus à papistis ca-		Alatinus episcopos 223
non	222. 223	panis & uini consecratio qualis apud
Nicenus canō denuo falsatus 212. 214 v 1.		ueteres fuerit 139
contra papam, cuiusmodi	230	papa lupus infernalis 245 cur superiori-
Nicenorum canonum falsationem non		tatem habeat 265 quas prærogatiuas à
immerito papis esse obiectam	210	Petro accepit 266 quibus dolis &
Nicolai Lyrae expositio super hoc, Et		prodictionibus Imperatores Germanos
super hanc petram, &c.	249	oppreffserit 178 quatenus Cesares op-
Nicolai Lyrae locus	111	preffserit 173 quatenus Cōstātinopoli-
Numæ Pompilij librorum inuentio	192	tano episcopi superior 268 quatenus oues
O		suas deuoret 61 quatenus Petri succe-
Oblatio Eucharistica qualis apud ue-		ssor 265 quatenus pro dñato reiecto-
teres	139	q; haberi debeat 280 quatenus Serua-
oblationem ueteres non habuisse pro sa-		tori nostro mediatoris officium rapiat
		84 quomodo Christo dignitatē suā aut
		ferat. ibid. quā Christo regnū adima-
		ibi, quomodo se efferat supra Deū 261.
		O 2 pag 8

I N D E X

- Papa Rom. ipsissimus Antichristus 261.  
 262. Christo et regnum et sacerdotium adimit 243. 260 omnium facinorosorum perpetuum asylum 204  
 primatum sup omnes ecclesias à Phoca primum sortitus 218
- Papa Romanæ urbis episcopus 265. se Petri successorem mentitur 246 unde suæ dignitatis incrementa iactet 84  
 pape ab initio dominationis ac tyrannidis dilatandæ cupidi 201. 202 cantilena frequentijs de Christianorum simplicitate 254 collatio ad Antichristi imaginem à Daniele depictam 261 et imperij translatione, et superstitione, barbarorum Cæsarum egregie in suum commodum abusi 213 filios in patres armant 64. idolomanie 248 libidines Sodomiticae 261 maiestatem etiam Carolo et Ludouico regnantibus longè minorem fuisse, quam nunc est 219 non magis, quam alijs Christianis affuturum Deum et spiritum S. in iudicando, Carthaginensi synodo assertū 209.  
 210 olim Cesaribus subiecti 73 primatus unde 265 primati quæ ecclesia potiss. refliterint hactenus 248 primatū in ecclesia credere, nō esse de necessitate salutis. ibid.
- de Pape primatu integro quinquennio actum in Carthag. synodo 201  
 pape quandiu Cesaribus subiecti 73 qui heretici 43 quos potiss. pro hereticis et schismaticis damnare soliti 221 quo modo ad Antichristianum regnum processerint 192 quomodo omnia officia in caelo inter sanctos distribuerint 71  
 pape Rom. ad modestiam et humilitatem alios adhortari subinde solii, ut comodius ipsi crescere, et imperium arripere possent 234 in ecclesiis Africanas ius, synodi decreto interdictum 209 pape solius esse ius uniuersales synodos conuocare, ueritati repugnare 277 stulta regum et populorum deuotio ne egregie abusi 258 tyrannis et ambitione damnata etiā D. Gregorio 241 pre Pape fastu, facile fuisse p. superis Christi obliuisci 259  
 papam creare non posse, manifestum mendaciu 266 esse supra omnia cœilia insigne segmentum 65 etiā decretis cœlicoru 266 esse subiectū 273 in ueritate religiosi naufragij subire 266 legib. esse subiectum 271 mendacio sibi primatū, non iure diuino arrogare 254 non esse fas arguere 62 non esse supra dignitatem episcopalem 172 non esse totius orbis terrarum episcopum 275 omnes iudicare, ipsum uero à nemine indicari debere, falsissimum 171  
 papam R. non magis Petri successorem esse dicendum, quam Antiochenos aut Ponticos, &c. episcopos 253  
 papum unum toti orbi non sufficere 256 ut Antichristum in templo Dei sedere, &c. 261  
 ad Papam appellatio, synodo Carthaginensi interdicta 209  
 circa Papam quæ sint consideranda 264  
 paparū contentiones in electione 201 cui tuis mendacionum cento 72 decreta falsitate et erroribus plenissima 62 electione ab ipsis imperatorib. confirmari solita 255 Epicureismus 254 impudenter gloriationis exemplum 203 in solentia

I N D E X.

- solentia ex successu, diabolica planè  
 258 male artes cuiusmodi. ibid. primo-  
 rum epistola plurima ficticie 235  
 paparum Rom. electio qualis fuerit mul-  
 tis iam seculis 236 indefessa ambitio, et  
 tyrannidis affectatio 230 nulla autori-  
 tas ante Nicænum concilium 203. 204  
 paparum sedes nihil cum cathedra Mo-  
 sis habere commune 253 successio non  
 ideo Romæ ponenda, etiam si ibi Petrus  
 aliquandiu fuisset 252  
 papas conciliorum decreta alia approba-  
 re, alia improbare, pro libidine 220.  
 221 hodie uoluptatibus serè deditos cf-  
 se 257 initio Ecclesiæ & aliquot postea  
 seculis nullum imperium, ut nunc, ha-  
 buisse in ecclesiis Dei 219 non omnibus  
 cœcilijs præsedisse 66 oppreso de-  
 sum Heinrico 1111. plenum imperium  
 in omnes ecclesiæ, & in ipsum impe-  
 rium sibi arripiisse 219  
 papas Rom. non ritè eligi 255  
 papas Romuli potius quam Petri esse suc-  
 cessores 213  
 papiste mendaces parum memoræ 245  
 papistas inaniter & temerè de Apostolica  
     Petri sede gloriari 253  
 papistica abominatio in Clementis ad Ia-  
     cobum epistola præcipue fundata 235  
     & Ædeogenia 182 religio mædacijs re-  
     fertißima 61. 62  
 pascha cur eodem modo ubiq; ab omni-  
     bus ecclsijs obseruari debeat 30  
 paschæ diuersa obseruatio 202  
 patientiam sepius lessam in furorem uer-  
     ti 233  
 patres olim cur leuioribus uerbis, ad Ro-  
     episcopos scribentes, usq;. ibid.
- à Patrum constitutis nullatenus deviandū  
 230  
 Paulus cū Euangelij lucro mori maluit,  
 quā absq; prefectu uiuere 101 cur Hie-  
 rusalem accesserit 109 cur Petru acer-  
 rimè obiurgauerit 95 electum Christi  
 organum 250. 259 gentium apostolus  
 236. 246. 247. 251 in libertatem à Ne-  
 rone asseritur 103 in Neronis vincula  
 relapsus. ibi. Onesimum Philemoni re-  
 conciliat 102 quandiu confederit cer-  
 tis in locis 237 quamdiu Romæ fuerit  
 252 quibus in locis aliquandiu confede-  
 rit. ibi. quoties à Nerone liberatus 109  
 Paulus Vergerius 75  
 Pauli de Antichristi notis locus 261 de Pe-  
 tri apostolatu testimoniū, omnibus  
 ficticijs de eodem historijs præstanti-  
 us 236 incarceratio 99 locus explica-  
 tus 261. 262 usq; 122  
 Paulo multum negotijs fuisse cum Perrino  
     rum discipulorum arrogantia 202  
 Paulum apostolum uxoratum fuisse 196  
     Stephani mortem in delicijs habuisse  
     95  
 pedum oscula 258  
 Pelagiū cum Ioanne Constantinopolitano  
     patriarcha contentio 218 decretū quia-  
     le 56  
 pestilentia Romæ sub Nerone quanta 106  
 Petrus à Christo satan uocatus 54 à Ne-  
 rone occisus 21 à Paulo coram pluri-  
 mis in faciem obiurgatus 250 &  
     quo animo Pauli obiurgationem tulit  
     247 Apostolorum primarius 265 corā  
     tota Ecclesia à Paulo in faciem incre-  
     patus 54 cur à Paulo obiurgatus 18. 19  
     cur non ad nonum Claudiij annum Ro-  
         main

- mam uenire potuerit 93 cur Romā uenirit 21. 77 diuino & humano iure particularis tantum, & non uniuersalis episcopus constitutus 246
- Petrus eodem loco cum Paulo, eodemq[ue] supplicij genere affectus 235 et Paulus ubi martyrium sint passi 110 etiā post quā audiuit, Tu es Petrus, ex c. à Christo appellatus satan 256 fidelis ac bonus Christi minister 247 Hierosolymis, non Romæ passus 89 indiuiduus Pauli comes 92 Iudeorum apostolus tantum 10. 246. 251 omnium apostolorum annosissimus 109 omnium apostolorum personam gerens 249 post Christi passionem nunquam Roma fuisse 90. 92 quamdiu Antiochiae sederit 36 quare nō sit Ecclesie fundamentū habendus 249 quoto Neronis anno occisus 245 singulis apostolis, & qualis, toto autē cōcilio inferior 248 ubi locorū pro Christi nomine passus sit 109. 178 ubi potissimū docuerit 25
- Petrus ubi primam suam epistolam scriperit 22 una cum Simone mago Roma pulsus 253 ut maximē habuisset pri matum, tamen non propterea & papam habere 256
- Petrus de Vincis Imperij defensor 180 eius obitus 191
- Petri historia 19. 20. 21 in epistola ad Galatas uerissimē cōprehēsa 236 nullum primatū agnoscit Paulus 202 Papīcīs ecclesie antīscītis interitus 6; pās: o quando contigerit; primatus quam latē patuerit certa historia 251 falsitas unde apparet 18 primatū tēpore Pau li non fuisse in rerum natura 248. 249
- principatus unde papīstā probet 263 supplicium quale 108 usio 122 de Petri Romam aduentu historicorū cōtentio 90
- Petro episcopatus inter Iudeos concreditus, non gentes 236 in concilio apostolorum prime loquendi partes por recte 92 uiuente etiam alios duos papas fuisse Romæ, papīstā afferunt 235
- Petrum ad Neroniani usque tempora Rome non fuisse 98 ad ultimum usque Neronis annum Rome non fuisse 106 cur Antiochia papīstā Romā profectum singant 77 etiam post ascensionem Christi perniciōse nutasse 249 fuisse primum episcopum Romāna ecclesie, sed a impudentia 15 fuisse Rome, incertum 250 non fuisse, certa demonstratio 235. 236. 237 in iudea mortem esse passum 125 nec ad uigesimum annum post Christi passionem Romā uenire potuisse 94 nequaquam à Vespaſiano intersectum 96 nequaquam martyriū sub Nerone esse passum 107 non fuisse Romanum episcopum 19 non habuisse primatū in ecclesia, aut ius supra alios Apostolos 245 non regni cōſtituendi, sed Simonis magi ex pugnandi gratia Romam uenisse credendum 253 nunquā post Christi p̄fessionem Rome fuisse 89 nusquam certam sedem habuisse 253 quando Romā uenisse, recentiores papīstā contendit 31 Simonis magi gratia Romam uenisse 35 sub Claudio Romam uenisse, quoru[m] opinio refellat 92 tempore Pauli Romæ nō fuisse, que sint in licita 100. xxv annis Romæ docuisse, & papatu fun-

I N D E X.

<i>tu functū esse, planè absurdū</i>	250. 251	<i>religio Christiana olim paucissimis care-</i>
<i>Petrinorum discipulorum arrogantia à</i>		<i>monijs contenta</i>
<i>Paulo repressa</i>	202	59
<i>Philippus Romane ecclesiae presbyter</i>		<i>religionis nostræ suceritatis testimoniu-</i>
<i>205. 207</i>		<i>m</i>
<i>Phoca imperator parricida</i>	218	<i>religiones facticie à diabolo inuentæ</i>
<i>Pij secundi, de primatu pape Rom. ante</i>		194
<i>synodum Nicenam nullo adhuc, sen-</i>		<i>religiones humanitùs inuictæ meram esse</i>
<i>tentia</i>	241. 255	<i>idolatriam</i>
<i>piorum hominum in ecclesia officium cu-</i>		192
<i>iusmodi</i>	210	<i>reliquie sanctorum ingenti pecunia uen-</i>
<i>Pilatus Palestinae præses</i>	116	<i>dite</i>
<i>Platina Romanorum pontificum scriptor</i>	91	69
<i>Polycarpus Anicetum non agnoscit supe-</i>		<i>Remensis synodi de paparum erroribus,</i>
<i>riorem 202 quando martyriū subierit</i>	43	<i>locus</i>
<i>pontificum ius super Decretalibus episto-</i>		62. 63
<i>lis extructum</i>	30	<i>remissa, pro remissione</i>
<i>pontificum Romanorum furor</i>	70	156
<i>potentia nimia corrumpti etiam pios</i>	257	<i>reuoçantum abiurationis formula</i>
<i>prædicatorum magica ars</i>	183	216
<i>ordo. ibid. presbyteri qui olim</i>	27. 97	<i>rex superbie, sacerdotium exercitu comi-</i>
<i>de Primatu etiā inter Apostolos orta con-</i>		<i>tatus</i>
<i>tentio</i>	248	340
<i>principis Christiani pugna qualis esse de-</i>		<i>regis officium</i>
<i>beat</i> 199 <i>officium</i>	197	269
<i>Priscilla Aquile uxor</i>	93	<i>regem sibi præfessisse populum Israel, cur</i>
<i>Aquila Pauli adiutores.</i>	ibid.	<i>Deus regre tulerit</i>
<i>protinceps singulis non defuturam S. spi-</i>		159
<i>ritus gratiam, ut appellare ad papam</i>		<i>Roma Petri tempore totius paganismi ma-</i>
<i>Rom. non sit opus</i>	229	<i>ter</i>
<i>Q</i>		99
<i>Q Vid pro quo obtrudere</i>	234	<i>Romæ unde primatus datus</i>
<i>R</i>		264
<i>Abani locus</i>	178	<i>Romani episcopi primatus cur non sit li-</i>
<i>regnum cœlorū in Sacris literis quid</i>		<i>ber</i>
<i>significet</i> 101 <i>papisticum quale</i>	63	264 <i>pontificis sententiam aliquan-</i>
		<i>do publice à Parisiensi schola impro-</i>
		<i>bata</i>
		57
		<i>Romanū episcopum in doctrinæ contro-</i>
		<i>uersijs etiam posse iudicare</i>
		172 <i>pontifi-</i>
		<i>cem etiam à consilio coargui</i>
		171
		<i>Romano episcopo gradus primus ad al-</i>
		<i>tiora ascendendi datus</i>
		204 <i>suburbana</i>
		<i>rum tantum ecclesiasticarum cura Niceni</i>
		<i>symboli decreto demandata</i>
		204. 254
		<i>Romani pontifices quanto furo re &amp; re-</i>
		<i>gnadi libidine acili</i>
		212 <i>quomodo iura iā</i>
		<i>hoc iam illo modo torserint</i>
		212. 216
		<i>Rom. episcopos alijs modestiā &amp; humili-</i>
		<i>tatem suadere solitos, ut ipsi cōmodius</i>
		<i>superbire et tyrannizare possent</i>
		215

I N D E X.

Romanos etiā pontifices confirmandi po-	
testas penes Cæsares olim 209 impera-	
tores fuisse etiā summos pontifices 192	
pontifices plerosq; regnandi cupidita-	
te arsisse 211 213	
Romana ecclesia in ululatum commutata	
70 mēdacijs refertissima 111 sedes qua-	
tenus à patribus sit magnificata 178 ty-	
rannis quando exordiū sumpserit 112	
Romana curie tyrannis quārum inuale-	
rit 112 ecclesiæ autoritas unde primūm	
parta 202 deformitas 70 parvus respe-	
citus ante Nicænam synodū 204. 206.	
255 primatus ab Eulalio Carthag. me-	
tropolitano assertus 230	
Romanam ecclesiam longè ante Petrum	
& Paulum floruisse 35 sedē errare non	
posse, papistarum figmentum 55	
Romanistas falsandis sacros. concilijs &	
alijs S. patrum scriptis semper fuisse as-	
suetos 213	
Ruffini locus 118	
S	
Sabinus Gregorij primi successor 213	
facella cathedralium basilicarum un-	
de 158	
Sacerdotis officium 260	
Sacerdotes coniugatos cur ferro & igni	
papist. e persequantur si Mosaici non	
Mosis, sed Aarons successores 253 ca-	
flitatem iuramento uiuentes, nec pre-	
stantes, nihilominus reverendos habe-	
ri 38 coniugatos Deo placere non pos-	
se, Siricij pape assertio 72 noui Testa-	
mēti in Christi cathedra sedere 277 om-	
nes & causas suis metropolitanis sub-	
ijciendas, Nicæna synodo decretū 709	
sacerdotibus concessa connubia per sex-	
tam synodum 242	
sacerdotium nullatenus in papam transla-	
tum 61	
ad Sacramenta cœlestia confiencia qui	
precedunt, quales esse debeant 127	
sacrificandi ritus qualis apud ueteres sue	
rit 161	
sacrificium ante horam tertią nō fieri soli-	
tum. ibid.	
sacrificii nullatenus apostolorum succes-	
sores 60 religionis cauponatores 69	
sacrificiorum ordinatio 60 ordinandorię	
gradus 76	
Salomonis corruptio 257	
salus prima, recte fidei regulam custodi-	
re 230	
Sanct. Martens cappel 159	
sandi poetici qui 58	
sanctorū filij qui 238. 253 reliquiae ingen-	
ti pecunia uenditæ 69	
sanc̄tis quæ officia à papis attributa 72	
schisma quid pape 221	
scholasticus canonis autor 164	
scriptorum discordia falsitatis testimoniu-	
91	
scripturam in multis paparum epistolis	
ineptè citari 242. 25	
sedes Apostolica etiam Antiochia ueteris	
bis dicta 253 nulla neg. Christi, neque	
Apostolorum dicta 252	
Seneca, Neronis præceptor 106	
sepulturæ intra templæ 160	
Seruus Dei episcopus 228	
sextæ synodi canones suppressi 242	
Simonis magi expugnandi, non regni cō-	
stituendi gratia, Petrum Romanum uenif	
se 253	
Simonis Schardij Anamnesis 73	
simpli-	

I N D E X.

- simpliciter credendum cur subinde à Pa-  
 pistis inculcare solitum 234  
 Sextus Alexandri successor 32  
 Sextus papa Coelestini successor 211  
 Sodomitarum pœna 289  
 sortes pro diuino oraculo habite 35  
 Sp ecclæ esse ipsosmet diabolos 224 62  
 Spiritus sanctus uerus Christi uicarius in  
 Ecclesia 258  
 spiritus spirat ubi uult 254  
 Staphylî liber 37  
 statuarum suarum idololatriam unde pa-  
 piste defendant 57  
 successores raro predecessoribus responde-  
 re 254  
 suffraganei episcopi 38  
 synodi Carthaginensis decreta cur ad In-  
 nocentium primum missa 203  
 Syluester à Constantino imp. honestis mu-  
 ncrib. donatus 112  
 Syluester II. magus 53
- T
- T**Abula prima Decalogi quo spectet  
 198  
 Telephori epistola qualis 24  
 templa Christianorū qualia olim fuerint  
 42  
 Terentius episcopus 228  
 Tertulliani locus 117  
 Theasius episcopus 228  
 theologia et iurisprudētia quomodo cō-  
 ueniant 195 omnib. disciplinis & sci-  
 entijs superior. ibi quatenus iurispru-  
 dentia egeat. ibid.  
 theologus in quib. reb. uersari debeat. ibid.  
 Thomas Aquinas decretalista, non theolo-  
 gus 185  
 Thome Aquine questiones quales, ibid
- Timotheus que preceptor habuerit, 46  
 tractatus 159  
 Tranquilli locus 93  
 Tutus episcopus 228 1244  
 typus fumosus seculi huius 210. 226, 230.
- V
- V**espasianus quamdiu se Romanis im-  
 peratorum presliterit 96  
 sub Vespasiano Christianos pacifice Ro-  
 ma degisse. ibid.  
 Vergerij de Loretano idolo liber 78  
 Victor papa ab Ireneo graniter refutatus  
 44  
 Victoris epistola qualis 24. 25 pape con-  
 tra Polycratem uolentia 202  
 Vigilius Bonifacij 11. successor electus,  
 mox repudiatur 216  
 Vilemus Durandus quādo floruerit 167  
 Vincentius episcopus 218  
 Ulrichus Huttenus, strenuissimus Germa-  
 niæ eques auratus 87  
 Ulrici Veleni libellus 22  
 Vniuersalis episcopi appellatio etiam sy-  
 nodo Charthag. prohibita 211. à Greg.  
 magno damnata 218. 228. 239. 241. 254  
 Vniuersalem sacerdotē qui se uocari de-  
 siderat, Antichristi esse precursorē 242  
 Urbanus Siccensis episcopus 228  
 inter Ursacium & Damasum de Rom. se-  
 de contentio 213  
 Ursinus à papatu Damasi uiribus repul-  
 sus 256  
 Uspurgensis locus 32  
 Vilhelmus Hammerus ordinis Predica-  
 torij decus 163
- Z
- Z**ozimus papa 204 eius mors 206
- F I N I S.

22 18 10 17 21

ERRATA SIC CASTI  
gabis.

Pag. 19. uers. 8 subiectos 38. 10 corruptissimi 45. 35 predicta 47. 16 increpatione  
49. 30 liquidò 65. 30 iuramentum 56. 8 hanc 62. 7 mendaces 70. 20 Ascribam  
83. 6 instituta 84. 2 Antichristi 95. 29 appulisset 101. 8 subornati 102. 29 filii  
106. 17 imperatoris 111. 19 occidunt 111. 23 occidendos 118. 36 recognoscet 119. 3  
Juscipiamus 136. 4 spiritu 141. 14 sanguis 154. 7 uenerabiles 164. 12 Ecclesia 268.  
19 Pyrrhū 169. 35 locupletior 183. 38 Gallia 186. 15 scintillule 189. 32 bien-  
nium 190. 25 characterem 192. 35 nouam 195. 29 oportet 196. 36  
Ecclesiam 198. 31 Ecclesiæ 276. 38 dicescos  
278. 6 pontifex.

BASILEAE, EX OFFICINA IOAN-  
nis Oporini, Anno Salutis M.D.LXV.L  
Mense Iunio.

OCN 11909772069

МАЗИХАВЪ. ЕК ОФІЦІЙНА ІОАН  
Місія Лондонського Спілкування в.д., РІЗА  
Макеїчів.







